THOM
SONUS
DE
CURAT
CHYM

1686

XIII 31

31

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
THOMSON, G

65853/A

LONDON·MEDICAL SOCIETY OF

XIV

CHYMIATRORUM
ACUS
MAGNETICA
sive
RECTA CHY-
MICE CURANDI
METHODUS

A

GEO. THOMSONO, M.D.

quondam Anglico,

Nunc Latino ſermone

commonſtrata

à

GOTTF. HENNICKEN,

Naumb. Miſn.

Francofurti ad Mœnum,

Sumpt. GEORGII ERHARDI MARTII,

Marburgi Cattorum,

Typis JOH. HENRICI STOCKENII, 1686.

ΟΡΘΟΜΕΘΟΔΟΣ
ΙΑΤΡΟ-ΧΥΜΙΚΗ
Sive
RECTA CHYMICE CURANDI METHODUS,

In qua contenta eſt originalis Materia & principale Agens omnium corporum naturalium.

Item

Cauſa morborum efficiens & materialis in genere,
Eosdem curandi modus & remedia

I. *Diatetica* per convenientem cibum & potum &c.

II. *Pharmaceutica*

1. Spiritus Vitales augendo & ſuſtentando
2. Eosdem pacando & indulgenter tractando
3. Ideas morborum per appropriata ſpecifica abolendo vel obliterando

Ultimò cauſam morborum exſtimulantem vel occaſionalem removendo.

Addita eſt

Ars obſtetricandi chymicè aſſerta,
Character Ortho-Chymiſtæ & Pſeudo-chymiſtæ,
Deſcriptio virtutum medicarum & Eſſentia noſtra ſtomachica.

Item

Γαληνό-μεμψις ſive juſta de methodo Galeniſtarum querela

GEORGII THOMSONI, M. D.

Ex Anglico in Latinum idioma translata
à G. H. M. C.

Plurimi morbi cedunt per ſimplicia aſt ubi Morbus in gradum ſurrexit, altiora exiguntur remedia.
V. Helm.

Epiſtola ad Lectorem.

Dilecte Conterranee,

SI veritatis amor cordi tibi fuerit, & ſolidam genuini Angli (English-man) gravitatem, nequaquam verò phantaſticam ſeculi hujus levitatem affectaveris, in lectionem tractatus hujus absque præjudicio aut ſtudio partium te inferes: Poſtquam verò cognoveris illum judicium tuum liberè de eodem orbi depromes. Objice quicquid potes (ut ſolet candidus Philalethes, non cavillator aut vitilitigator) ſed tacitus admitte germanam maximè Rationem *& firmam* Experientiam *eſſe Gemellos Hippocrati inſeparabiles & ſemper litteris locum relinque. Si me acerbius cenſueris, nec largieris, quòd per demonſtratam rei evidentiam me purgare poſthabeam, abſolutè nomen Virtuoſi vel amici DN. Baconis tibi denegandum quantoperè etiam illud prætenderis.*

Nentiquam verò hic agitatur inutilis

diſceptatio de rebus in Religione indiffe-rentibus: Vel ſubtilis prævaricatio, qua-lis ſæpe occurrit in Jure. Vel Hiſtorica atq; Antiquitatis Auctoritate nixa tra-ditio: Nequicquam item hic proponun-tur ſubdolæ concluſiones aut captioſæ ar-gumentationes: Neque acribologica, ſive curioſa diſcuſſio hypotheſium, quæ in u-niverſum ἄχρηςος, parum emolumenti afferens aut Virum honeſtum hodiè de-cens: Neque Logomachia vel otioſa ve-litatio ſive contentio de verbis, malè fe-riatis pro exercitio relinquenda: Sed in hoc Enchiridio continetur inſtructio di-rectè potiendi ſanitate corporis &, conſe-quenter, majori mentis integritate ac claritate: Nam Animi Actiones Spiri-tuum Syntheſin, Eupathiam vel Dyſpa-thiam, Eutoniam vel Atoniam ſequun-tur. *Hâc ratione etiam diſces cautiùs mercari, ne vires Naturæ falsâ illâ me-thodo per ſanguinis miſſionem, cacoſto-machicam purgationem &c. aut pro præ-ſenti, aut futuro labefactes. Hanc do-ctrinam ſi ritè perceperis, non modò tibi ipſi, ſed & poſteritati erit melius. Vir-*

tute

tute divinæ hujus ſanitatis præclaras res gerere poteris vel propulſando vel ſufferendo animoſiùs omnes adverſæ fortunæ ictus; Præterea longè beatiùs in infima conditione vixeris quàm illi qui in ſummis fortunis calculo, arthritide &c. cruciantur.

In his chartis conſulo tibi, ut primùm omnium Spiritus (Principalem Efficientem cauſam ſanitatis & morborum) obſerves; id, quod ipſorum texturæ maximè reſpondet, multiplicando; jucundis objectis eorundem furorem ac ferociam pacando; ipſorum pertinaciæ connivendo; eorundem ardenti appetitui gratificando, & obſcuritatem illuminando. Deinde jubeo te appropriata conquirere ſpecifica, quæ valeant omne, quicquid exacerbat, ſuperare, & Ideam morboſam deſtruere aut planè expungere. Denique oſtendo viam, quâ per congruum excretorium cum euφoria & benigno ſucceſſu materia irritans, exacuens ac peccans, quæ tàm multigenos tumultus ac inordinatos motus in Archeo Microcoſmi ciet, profliganda, extermi-

)(4 nanda

nanda & excludenda ſit. Id quod omn… præſtandum eſt ſine læſione fermento… rum, vel alteratione Inſtrumentorum… officinæ alicujus, inſpecie primariæ, dige… ſtioni dicatæ.

Hanc ſubſtantialem veritatem dum… aſſero, poſſem videri ſeverior Galeniſta… rum cenſor, quique tenebras offunder… coner illuſtri Doctiſſimi Clerkii fam… quem ego ſemper impenſè admirat… ſum. Aſt regero me in ipſo hoc pecto… teſtem locuplotiſſimum gerere, quòd nu… modo ipſum læſerim (quamvis ipſi n… ſæpius) exprobrando, quòd neutiqua… ſint inſontes, paratus verò ſum qua… opportunâ occaſione demonſtrare qu… hic expoſui. Præterquam quòd ſubjectu… à nobis tractatum tanti momẽti ac pret… ſit, ut flagitium fuerit in me magis quà… aliis deteſtandum & cum animæ meæ p… riculo conjunctum, ſi noverim quot h… micidia falsâ ipſorum Methodo curat… vâ perpetrentur, ego ſileam, indulgeam… conniveam, extenuem aut palliem h… jusmodi crimina capitis ſupplicio dign… Si igitur perpendamus, quàm delecten… tur Galenicarum Falſitatum tenebris, e…

ſu…

ſuâ activa obſtinata ignorantia: Jam, ubi ſplendidum veritatis jubar apparet, majori longè rigore merentur tractari, quàm ego expreſſi. Utinam Antagoniſtæ mei erga ſe ipſos ita candidi & ingenui eſſent ac ego erga ſe, mox ſenſuri eſſent me acidum mutare in Alcali Naturæ; quem auſterum judicârunt, jam pronunciaturi eſſent ſuavem. Si placuerit ipſis ſpecimina hujus proferre, realiter invenient, quod ego profiteor, ſcilicet amore me flagrare & Regis mei & Patriæ, hunćq; fundari ſuper veritate & virtute: oſorem me eſſe vitiorum, diſſolutæ vitæ, impietatis, ac cujuscunq; profanæ nequitiæ. E contrario pro virili promptè me promovere omnes bonas Artes ac diſciplinas, potiſſimum verò Medicinam, patronum item me eſſe eruditionis ac admiratorem eorum, qui magna habilitate & Integritate ſunt conſpicui.

In poſterum, quamprimum ſaltem impreſſionem impetrare potero, expecto tractatum Latinum vid. τρία πειρητήρια ἀνίκυςα. *De Splenectomia, Lithocolo & Loimotomiæ Synopſi.*

Nov. 4. 1684. GEOR. THOMSON.

Explanatio quorundam terminorum Artis.

CHymiſta eſt, qui imitatur Naturam in ſeparatione puri ſucci à fecibus & retrimentis pro uſu Medicinæ Mechanico & metallorum exaltatione. *Spagyriſta* eſt idem.

Therapeutice i.e. Facultas curativa. *Iatricus*, pertinens ad Medicinam.

Chymicophanta, qui videtur eſſe chymiſta, nequaquam tamen realiter eſt.

Philomathes, cupidus diſcendi ſive amator doctrinæ. *Philalethes*, Amicus veritatis.

Pyrotechniſta, in genere quivis artifex per ignem, in ſpecie, excellens chymiſta.

Pharmaceutice, pars Medicinæ quæ per medicamenta ſanat.

Ortho-methodus, regia, aperta ac brevis via.

Ortho-chymiſta, verus Artiſta. *Pſeudo-chymiſta*, falſus.

Phyſiologia, diſſertio de natura rerum & indagatio in earum cauſas.

Idea, figura, character vel exemplar rerum in imaginatione conceptum.

Idea morborum, eſt eorum Eſſentia.

Archeus Paracelſi & Ἐνορμῶν *Hippocr.* eſt Seminalis Vitalis Spiritus, principalis impetuoſus Actor, ſive Spirituoſus productor ac ſuſtentator omnium rerum, ſupremus (Archi Preeminent) Auctor ſanitatis ac morborum.

Gas eſt Sylveſtris inviſibilis Spiritus, qui coërceri & concludi non poteſt ſine noxa ejus, in quo continetur, exſurgens, ex fermentatione concurrentium quorundam corporum, quæ quaſi eructant ac expellunt inimicam hanc materiam.

Thermologiſtæ & *Pſychrologiſtæ* ſunt, qui principaliter tractant calidum & frigidum neglectis proprietatibus Eſſentialibus.

Fermentum (conſentiente Helmontio) eſt Ens Formale, neque ſubſtantia, neque Accidens, ſed neutrum, veluti Lux, Ignis &c. ab origine mundi in certo determinatoque loco repoſitum, ut præparet ac excitet rerum ſemina. Habet quandam ſimilitudinem cum fermento, quo utuntur piſtores ac cereviſiæ coctores, odor ejus cõtagioſus & diffuſivus rarefacit,

facit, ac diſſolvit Naturam, Spiritus ſu… tat, ut in actum proruant, digerant ac… parent.

Alkali eſt propriè Sal ex Herba kali…

Potaſch, Sal quoddam lixivum per ca… cinationem extractum: Vel quodcu… que Sal volatile habens affinitatem cu… priori.

Alkohol Vini eſt ejus Spititus totali… dephlegmatus.

Xenexton, Amuletum contra peſte…

Relollæum, eſt nuda Qualitas ſemi… eſſentia orba.

Liquor Alcaheſt eſt Univerſale ſ… vens præſervans ſemina rerum inviola…

Noſoprieticus, quicquid morbi ca… exiſtit.

Anadrome, recurſus vel recidiva.

Phænomena, apparentia.

Epigiuomena, ſupervenientia, qu… cunque ſuccedanea.

RECT…

RECTA CHYMICE CURANDI METHODUS.

Cap. I.

Breve Examen originalis Materiæ corporum naturalium cum eorundem Diſſolutione.

PRimò omnium declarabo quid ſit *Natura* juxta noſtrum Philoſophum; vid. *Potentia implãtata Creaturis, ut agant eo modo ac menſura, quo vult Creator, fine eundem optimè noſcendi.* Curſus & ordo in producendis effectibus ſupremæ Seminali cauſæ convenientibus, eſt conſtans, niſi obliquorum Accidentium interventu impediatur vel obſtacula quædam extraordinaria ipſi ponantur ab eo,

qui eſt ſupremus omnium rerum Motor. Materiam primam Ariſtotelis, ut impoſſibilem & meram Chimæram intuentur. Galenus & ejus aſſeclæ magnoperè errant in aſſerendis quatuor Elementis, Terra, Aqua, Aëre, Igne, tanquam cauſis materialibus omnium rerum: quæ (ut ipſi ajunt) variè mixta ac contemperata ab aliqua Activa Forma producant diverſarum ſpecierum ac generum corpora, aliud ex alio.

Recentiores Philoſophi Chymici, rejectâ priori opinione, poſtquam ſtudioſius omnis generis corpora per ignem examinârunt (quem itidem nullo modo Elementum eſſe concedunt) & frequenter Sal, Sulphur, Mercurium elicuerunt, confidenter aſſeruerunt, hæc eſſe materiam originalem omnium rerum ſenſibilium. Alii addunt amplius duo, Aquam & Terram: quæ omnia (ut jam affirmatum eſt) poſſunt artificiosè quandocunque volupe fuerit, demonſtrare, vel in conſpectum dare, quando ſeparationes inſtituunt.

Hæc per ignem veritas ſanè longè majo-

jori applauſu favet fundationi principiorum omnium corporum , quam prior ſententia; Attamen ſi penitius indagetur, probam non ſuſtinet. Nam ut ſcripſi quondam in Hæmatiaſi juxta Helmontii dogmata directâ, hæc, quæ ipſi vocant principia, fiunt per ignem, neutiquam actualiter prius exiſtunt in mixtis. Neque etiam Sal, Sulphur, Mercurius, per artem poſſunt ex omnibus rebus examini ſubjectis elici. Præterea ipſorum mutabilitas indicat neutiquam ſe eſſe principia, nam unum in alterum facilè permutatur. Oporteret ſic principia rerum Naturæ contraria eſſe. Quapropter Dr. Williſii Doctrina ex Benedicto Valent. ſive Paracelſo deſumpta & ut emptores inveniret, affabrè expolita rejicitur, quippe quæ non tantum in primis rudimentis naturam concernentibus falſa, ſed & periculoſa, ac ſi in uſum in curatione morborum deducas deſtructiva.

Docti Helmontii dogma ſuper Acido, quod ſtringentem aſpredinem præ ſe fert, (Sharp) & Alcali, quod lixivioſæ ac lævis texturæ eſt, itemque vel volatile

vel fixum, pollens facultate detergendi: a
reſolvendi, fundatum à Tachenio & aliis
excellentibus Philoſophis habetur pro
optimo ex ſenſibilibus; quippe ex quo
maximè experimentaliter & effectualiter
omnium rerum corporearum proxi-
mam originationem derivare poſſumus;
cùm & eadem in Acidum & Alcali per
Artem reduci queant. Præterea hæc duo
Luminaria Phyſica clariſſimè viam mon-
ſtrant peſſimos etiam morbos curandi,
qui unicus & ultimus finis eſt, propter
quem ingenuus Medicus non ſibi, ſed aliis
eſt conſtitutus. Nihilominus tamen
eadem (quàm ſpecioſè à nonnullis pro
principiis venditentur) neutiquam rea-
liter ita exiſtunt; Etenim æquè ac priora
poſſunt reduci in Aquam, quam & Au-
ctoritate *Acuti Helmontii* & ex propria
circa hanc rem experientiâ, infra pro prin-
cipio & materia ultima, pro origine & fi-
ne omnium corporum elementarium
adſtruo.

Nam pro diverſitate Fermentorum,
pro Activitate Spiritus ſeminalis & pecu-
liari imagine in eo delineata Materia ſive

Elemen-

Elementum hoc liquidum in innumerabiles varii generis Creaturas eſt efformatum. Hæc eſt abyſſus vel profunditas illa, ſuper quâ Spiritus DEI in principio movebatur, nunc ſucceſſivè Spiritus mundi, qui ex hoc aquæ theſauro inexhauſto Infiniti generis res ſenſibus noſtris obvias format: Jamquoque ex omnibus rebus tangibilibus nihil magis ſimilares partes obtinet, ac ab omni mixtura liberum eſt, quam aqua; neque quicquam capacius impreſſionum vel aptius ſeminalis Spiritûs receptioni & tàm facilè in hanc vel illam formam flexibilius.

Manifeſtum hinc eſt, nihil ad productionem omnium corporum impenſius aut principalius amplius requiri, quam hoc Materiale ſubjectum, nimirum Aquam: & Efficientem aliquam cauſam vid. Semen ſpirituoſum, quod (ope fermenti vel certi cujusdam Volatilis expanſivi, fermentativi, excitativi ac rarefactivi) agit eo modo, ad quem ab Idea vel charactere rerum, quas ad perfectionem gradatim extollere intendit, dirigitur: donec demum idem Agens (niſi à quibus-

dam Accidentibus impediatur) quo conſtantes progreſſus facere exorſum erat, ad ſummum evectum ſenſim ſenſimque declinet & ad id pedetentim redeat ex quo præcipuè conſtabat.

Quod hic aſſerui, ſenſibilia animalium plantarum ac mineralium ſemina confirmant: nam omnia iſta conſiſtunt ex ejusmodi ſubſtantiâ, quæ facilè poteſt in aquam reduci.

Corporalia omnium animalium ſemina ſunt inſtar mucilaginis vel albuminis ovi. Semina vegetabilium omnium per digeſtionem in ſimilem conſiſtentiam abeunt.

Sic de mineralibus præſtantiſſimi eorum exploratores affirmant; quòd certa quædam immatura glutinoſa viſcoſa aqua in peculiari terræ loco confluens primam ipſis nativitatem largiatur.

Ut proinde genuino Chymico Philoſopho non reſtet ratio dubitandi de eo, quod Helmontius poſuit: *Sciendum eſt quod omnia corpora ortum ſuum habeant ex aqua*; Potuit enim ipſe per liquorem Alcah eſt eadem in eandem reducere.

Hæ

Hæc eſt Proteus iſte, qui alteratus ab odoro fermento peculiariter in Materia ſeminali inhærente, (hæc enim locus eſt in quo reſidet) invitat, allicit tantam univerſalis Spiritus portionem, quantam capere poteſt, ut eandem per gradus in iſtiusmodi ſpecies vel individuales ſubſtantias transformet, quæ reſpondeant formæ originali. (concurrentibus ſimul omnibus externis requiſitis) Summatim, quemadmodum concreta ſive Corpora ex aqua ſunt genita; ita eadem primariò ex eadem quoque nutriuntur. Confirmat id experimentum noſtri Philoſophi.

Recepit ille vas terreum, implevit ℔ 200. terræ infurno exſiccatæ. In hanc aqua pluviali humectatam impoſuit ſtirpem ſalicis ℔v ponderantem. Hæc ſpatio quinque annorum irrigabatur ac nutriebatur ſolo aqua pluviali vel deſtillata prout neceſſitas exigebat (vaſculum coopertum erat lamina ſtannea perforata, ne quid pulveris ab extra incideret) Poſt quinque annos adulta arbor libræ impoſita ponderavit 169. ℔as, exceptâ quantitate frondium quovis auctumno

quatuor annos deperditorum. Tandem & prædictam terram exſiccatam ponderavit, & priori ponderi non ultra ℥ij deceſſerunt. Super priores igitur quinque ſurrexerunt ex aquâ ſolâ ligni corticis & radicis 164. libræ. Experimentum hoc Helmontii confirmat excellens ille Naturæ indagator, *Dn. Baco* per incrementum fruticis ad tempus notabile in aquâ aſſervati. Eadem quoque aqua 40. diſtinctas plantas uno in pulvino conſitas educavit.

Sic diverſa item animalia manifeſtè oriuntur è materiâ aquosâ, à quâ etiam principaliter conſervantur. In ventriculo Salmonis rarò ſolida quæpiam materia reperitur, neque Sturio groſſum aliquod alimentum, quo nutriatur, poteſt in ventriculum ingerere, Via enim in eo tam arcta eſt, ut præter aquam vix aliud quid queat deferri.

Viri nonnulli & feminæ ſolâ aquâ complures dies vixiſſe memorantur.

Quod & pretioſi & ignobiles lapides generati ac nutriti fuerint ex aqua liquet ab experientiâ Helmontii.

Quod

Quod attinet Entia illa, quæ Chymici vocant Principia, nequaquam talia ſunt realiter: Habent enim ipſamet ortum ex aqua & poſſunt ſpecificari. Imo, licet ſint ſingularia, etiamnum diſſociari poſſunt in diverſas partes e.g. Sulphur quod ad oculum uniforme apparet, redigi poteſt in liquorem acidum corroſivum; nec non itidem in balſamum liquidum vel pulverem terreum. Per campanam oleum, corroſivus liquor elici, & præterea citra ullam difficultatem in aquam mutari poteſt. Salia converti poſſunt in ſubſtantiam oleoſam, demum prodeunt inſipida. Mercurius ſecundum Helmontium & experientiam, conſiſtit ex duplici ſulphure, in & externo. Utrumque per artem ex illo ſeparare calleo.

CAP. II.

De causâ Efficiente vel Primario Agente omnium corporum ſublunarium.

OPtima Philoſophia nos docet, quòd omnia mixta habeant ſuum mate-

riale principium ex aqua. Quomodo fluidum hoc in innumerabilia ſubſtantiarum genera diverſificetur, amplius eſt inquirendum.

Præcipua corporis hujus fluidi alteratio fit per fermentum ſulphureum, quod ipſi pro ſtimulo eſt & excitat ſpiritum ſeminalē, ut diſponat ac plaſmet materiam in formam imagini ſive typo inſito reſpondentem.

Id, quod potiſſimam occaſionem ulteriori aquæ fermentationi præbet eſt occultum acidū ſive aſpredo ab aëre vel aliunde procedens. Illud clanculum ſe inſinuando unitur cum alcali in aqua, exſurgit tunc agitatio quædam & commotio, quæ communiter obſervatur, quando hæc duo invicem congrediuntur: Conſequenter autem particulæ aqueæ magnopere rareſiunt, ac certam peculiaremque tenuitatem acquirunt, quam, cùm diu ſecum ferant, omnem maſſam, in quamcunque reſident, inficiunt, Hæc dum fiunt, Archeus ſive ſpiritus vitalis prorumpit in actum, qui in ſe veram ſeminalem ideam ſive picturam rei capacis

formam

formam & perfectionem ſuam recipere continet.

CAP. III.

Tradit ætiologiam, cauſam efficientem immediatam ac materialem omnium morborum.

QUam communiter antiqui & cum his quidam hodierni vocant *conjunctam* vel immediatam cauſam morborum, ego (cum ſcientiſſimo Helmontio) nuncupo occaſionalem, irritativam provocantem ac impulſivam. Quoniam quicunque avet naturam rerum ritè perveſtigare, debet de ipſarum verâ eſſentiâ informari, & nôſſe, quid eandem ita vel ita efficiat.

Jam nullus morbus poteſt alibi ſubſiſtere, habitare vel hoſpitari, quàm in corpore ſpiritu vitali dotato (nam in cadavere quatuor Galeniſtarum & humores & tria Chymicorum principia nequicquam deſunt) Quam ob rationem neceſſariò Archeus vel ſpiritus proxima cauſa, fundamentum & fons omnium morborum

eſſe debet. Nam quemadmodum noſtra ſanitas dependet ab hoc vitali ſpiritu, quãdo ipſe omnibus, ſecundũ omnia requiſita bene & debitè eſt conſtitutus nec aliquo notabili defectu laborat; Sic Morbus oritur, quando ille ipſe vigoris noſtri cuſtos ac conſervator depravatur vel à luciditate, proportione ac regularitate quam oportebat in eo eſſe, alienatur. Nimirum degeneres, peregrini ac ſpurii humores per varios in Helmontianis ſex Digeſtionibus, inprimis ſupremâ, cõmiſſos errores geniti, unicum ſunt medium, quo Spiritus vitalis in perturbationes, vexationes exorbitantias ac motus inordinatos inducatur, unde fabricatur imago vel idea morbi conditioni hoſpitis tumultuoſi, ac violenter intruſi convenientis: Ut ita brevi tempore ſemen hujus vel illius Morbi cum abſoluto ſigillo vel charactere ejus, à quo eſt actuatum, in hoc ſupremo totius fabricæ fundatore implantetur, radices agat: Ægritudo verò tunc tàm inſepabilis eſt à ſpiritu vitali, quàm vita ipſa; imò in ipſo ejusdem centro conſedit ac infixa eſt, & inde abigi non poteſt, niſi granum ſemina-

ſeminale, in quo morbifica hæc imago eſt delineata, extinguatur, ſuffocetur, & planè aboleatur.

Hæc doctrina, peregrina poſſet videri illis, qui in ſcriptis profundi noſtri Philoſophi verſati non ſunt, cùm tamen tanta ejus ſit veritas, ut impoſſibile putem, quempiam vel præcavere vel curare morbos accuratè poſſe, niſi probè in hâc ſolida ſcientiâ fuerit inſtructus. Hinc eſt, quod *δοκησίσοφοι* iſti Doctores toties impingant & errent in curandis quibusdam radicatis infirmitatibus, quoniam vel quatuor ſuis Ariſtotelicis Elementis & humoribus illis analogis, nimirum Choleræ, Phlegmati, Melancholiæ, Sanguini, hincque oriundæ intemperiei, inhærent, vel falſam curationi ſuæ normam ponunt ex principiis (quorum ante facta mentio) à Chymicis emendicatis; quippe, quæ nonnulli pro cauſa morborum proxima habent, quæque cùm fuerit preſens unicè exagitet, proritet, inducat Archeum in diverſas paſſiones. Quo facto illud, quod ante in corpore omnia debito ac decenti ordine diſponebat, nunc

tum ultuatur, poſtquam in præpoſterum ac inconvenientem ſtatum adactum eſt. Hoc pacto fermentum vel menſtruum ventriculi producit multigenos, crudos, acerbos ac roſivos humores, qui ſanguinem vel congelant, vel ſordibus inquinant, ſequitur tunc vel detentio excrementorum vel profuſa ac promiſcua exturbatio & boni & mali, non aliter ac ſi venenum quoddam ſpecificum cum externo quovis ejusdem naturæ in corpore fuerit genitum, unde quoque tàm triſtium ſymptomatum caterva ſpectatur. Repeto igitur, primariam cauſam, ob quam tàm infeliciter plerumque Galeniſtis curationes ſuæ cedant, eſſe; quòd non fideliter inter ſe diſtinguant Provocativam, Occaſionalem & Eſſentialem inſeparabilem cauſam à mediatis Concomitantibus, Accidentibus productis ac Conſequentibus ægritudinis humanæ.

Nam dum illi concludunt febrem principaliter eſſe calidam, falſam inde indicationem vel inſtructionem deſumſerunt pro liberando ab hâc miſeriâ corpore. Negligunt enim abolere ideam

morbi-

morbificam ,ſpiritus vitales æſtuantes ac furioſos placare ; & humores vexantes, ſtimulantes, corruptos, peſtiferos citra Naturæ imminutionem, ventriculive aut aliûs officinæ digeſtioni dicatæ injuriam violenter illatam removere. Evidenter illi poſſent cognoſcere (niſi ſordida lucri cupidine excœcarentur) laborem hunc eſſe evanidum choleram & melancholiam (quam ſupponunt eſſe cauſam morbi conjunctam) plenis ſitulis expurgare, ſanguinem magna quantitate educere ut v.g. ſcabies, Pſora, &c. curetur, quandoquidem æger communiter debilior eſt, ſuusque morbus ſæpenumero hoc modo magis confirmatur. Saltem illi Naturam ſuccumbentem & ab aliquâ ægritudine proſtratam in pedes erigant, ipſa tunc hoſtem ſubjugabit, à quo hactenus opprimebatur. Utinam ſequerentur Hippocratis monitum cui *Naturæ ſunt morborum medicatrices*, ocius ſanè ſanguinis profuſionem, & enervantes perniciolas purgationes, citra nebulá ſpectatas, habituri eſſent pro ſordium auctoribus & conciliatoribus, quas

extimulata Facultas expultrix proxenet[illegible] non aliter ac venenum exturbet.

Ut ita in rei veritate communis pe[illegible] purgationem via ſimilima ſit antliæ tra[illegible] ctioni, aquâ liberè citra obturationem profluente. Nam ut Hippocrates tra[illegible] dit; Excreta non copia æſtimanda, ſe[illegible] ſi qualia oportet exeant & facilè ferat æ[illegible] ger. Occaſionalis autem irritans, pec[illegible] cans, fermentativa materia ſæpè tantill[illegible] eſt, & longè anguſtior ſuo foco vel rece[illegible] ptaculo.

Morbus in homine habet ſpiritualem [illegible] ortum progreſſum, ſtatum & declinatio- nem, & procedit à ſemine quodam ce[illegible] omnes aliæ res. Gaudet igitur reali en- titate conſiſtente ex efficiente & materia- li cauſa, utraque ſedem ſuam in ſpiritu vi- tali fixit, & in hujus ruinam activè ac paſ- ſivè conſpirat, inprimis ſi aliquamdiu ab externis quibusdam Accidentibus fueri[illegible] diſturbatus. Scilicet ſi quandoque ab extra naturam inimicum quid injurioſe adoritur, vel corpori noſtro jam inſitum eſt, Archeus vel Vitalis Spiritus id reco- gnoſcit, & indignatione commotus in

ſemet-

ſemetipſo fabricat ejusmodi deformem inamicabilem turbidam imaginem, quæ cauſæ Offenſivæ congrua eſt. Secundum hoc exemplar dein agit, nec ceſſet apograφum vel ectypum morbi à ſe ipſo effictum in certa ac ex ipſomet determinata quantitate, in ſui ipſius tamen ingens detrimentũ & exitium proſequi, donec character morbificus abolitus, vel Archeus compoſitus & per grata objecta reconciliatus vel etiam externo extimulans occaſionalis cauſa remota fuerit.

Morticina iſta excrementa vel ſuperfluitates ab animâ ſenſitivâ ſeparatæ & nunquam ipſius in gratiam reducibiles adverſiſſimæ ac inviſiſſimæ ſunt ſpiritibus vitalibus: Quapropter impatientiâ victi ob ingratiſſimorum hoſpitum præſentiam in furorem, excandeſcentiam & rabiem aguntur. Inſuper eadem Fermenta quoque ſive Inſtrumentales transfiguratores concitant, qui turbati interdum confuſionem, tumultum ebullitionem & fermentationem, unde febris accenditur, inferunt; interdum congelationem ſanguinis producunt, vel eundem

in acorem depaſcentem unde varia mala chronica excluduntur, convertunt.

Sunt verò ſordes vel feces in noſtro corpore ſtabulantes nequaquam morbi ipſi ſed ſaltim Archeum ad procreandas ejusmodi ægritudines, quæ incumbunt exaſperant. Suntque hæ vel Antecedentes cauſæ noſtræ invaletudinis; vel Producta & Conſequentia ſecundaria mala alia inducentia, ſtipata variis ſymptomatibus ac alterationibus. Præterea affectus corporum noſtrorum, & impræſentiarum & ab ortu ex inviſibili immateriali principio prodeuntes vitalem quendam morbi characterem, humores bonos in pravos commutantem, φantaſiæ noſtræ imprimendo, fomentum præſenti ægritudini ſubminiſtrant, tum vitales ſpiritus excitant per contagium ſeminale ſpirituoſum plura mala progenerandi.

Quod Phantaſia poſſit ex *Non Ente* vel Nihilo fabricare *Hoc Aliquid* vel hanc iſtamve alicujus rei ſpeciem, patet in gravidâ quæ ſi miſerè nimis pomum aut fructum aliquem diſcupiverit, aut terro-

terrore ſubito perculſa fuerit, ſpiritus ideam vel figuram ejus, quod magnoperè expetivit, aut abhorruit, concipiunt & ad uterum delati exactè ſigillant partem fœtus, quæ reſpondet loco à matre eo momento, quo tantum πάθ☉ experiebatur, contrectato. Quin imò ſi plantæ cujuspiam pictura cuti impreſſa fuerit, ad aliquot annorum ſpatium omnes notabiles alterationes, defectus, vigorem & maturationem, qui typo reali, cujus exemplar illa eſt, contingunt, exhibebit.

Liquidum inde eſt, quod Spiritus exaltati concitati & vehementi quâdam motione exagitati per aliquam notabilem paſſionem formam, quæ antea deliteſcebat intus, foràs in ſuperficiem cutis poſſint educere, ut omnium aſpectus pateat.

Quapropter nullus dubito tàm luculenter Signaturam cujuslibet morbi in Spiritibus expreſſum eſſe, ac eſt Archetypus fabarum in planta, quæ illas diſtinctè producit. Principia tamen in hoc differunt, quod alterum mage ſit Spirituale, alterum Corporale.

Semi-

Seminalis Figura igitur omnium Mor-
borum in Spiritu Vitali efformata unic
Efficiens Activa Cauſa eſt,ut illi exiſtant
Similiter degener quædam portio Spi-
ritus, in quâ calamitas morbifica quaſi
eſt excuſa, ſeparata à reliquis utilibus in
integritate ſuâ perſiſtentibus, fit ſubje-
ctum eorundem Materiale.

Quod verò Aura iſta vitalis omnis ge-
neris morbos concipiat, foveat, educet
provehat, evidentiſſimè videtur in cada-
veribus nullius ægritudinis capacibus ob
ſolam & veram hanc rationem, quod
principalis morborum Antiſtes vid. Ar-
cheus vel Spiritus Vitalis deſit.

Nam vetitus fructus, quem Adam co-
medit, habebat inſitam quandam in ſe fa-
cultatem ciendi deſiderium vel concupi-
ſcentiam (quapropter etiam Omnipo-
tens Majeſtas hanc ei cautionem injun-
gebat, ne illum attréctaret) & animæ im-
mortali, miniſterio Spirituum Anima-
lium, ſuas qualitates appropriaret & ap-
plicaret; Quo verò facto ilicò turpiſſimi
morborum imaginibus defœdebatur;
quæ mox quoque Animam Senſitivam

nobis

nobis cum beſtiis communem deturpabant, hic vero locatæ hodiernum propagativè conſtituunt omnium calamitatum fundamentalem cauſam.

Meum ſcilicet aſſertum eſt, quod irregularis Imaginatio in ſpiritu hominis vitali ſtomachum, primariò verò cerebrum, hinc & omnes reliquas partes incolente cujuslibet infirmitatis prima fundamenta ponat, quæ ab initio nullius momenti videntur, ſed progreſſu temporis profundè magnâ malignitate aggravantur, ut ex variis triſtibus ſymptomatibus accidentibus & productis præcisè à ſubſtantiali morborum Eſſentiâ diſtinctis apparet.

Exempli gratiâ; Calculus in renibus, veſicâ vel alibi concretus, item congelata quædam materia vel cancroſa cavitas nequaquam ſunt morbi, ſed eorum producta, Effecta vel fructûs. Petrificans verò ideale ſemen in Archeo occultè radicatum prima ponit calculi ſtamina eidemque plena dein incrementa ſubminiſtrat. Ut ita licet calculus aliquando è renibus ejiciatur tamen quamdiu ſemen lapidificum

cum vel inviſibile principium calculi rre manet, perſona prius hoc duro coagul liberata, paulo poſt (ſi Idea vel princcipium coagulativum non perfectè & albſolutè fuerit annihilatum aut abolitum) vexabitur, torquebitur ac cruciabitur de novo ſimili deformi materiâ.

Quod Archeus ita diſturbari ac tanta paſſioni obnoxius reddi per quoſdam Diætæ errores poſſit, ut in propriis viſceribus ejusmodi inconditam ſolidam ſubſtantiam elaboret, dolendum; longè magis vero deplorandum, ſeminalem calculi characterem nobiſcum naſci, in nobis ali, foveri & profundiores cum ipſius ætatis incremento radices agere.

Nam Ideæ Morbificæ ſeminales hereditariæ, ex utero adhærentes, difficulter poſſunt exſtirpari: Ita enim cum noſtris principiis vitalibus concorporantur, ut veluti grande aliquod privilegium ſibi arrogent uniformi quodam habitu in theatro hoc microcoſmico partes ſuas agendi; attamen deſtruuntur, prout Naturæ vires vigent, ab occurrentibus ideis ſalubribus, quæ omnia in ordinem redigunt

& juxta

& juxta debitam normam juſtasque ſanitatis regulas diſponunt.

Eodem vero tempore, quando primarius motor plaſmat ſemina, quæ effigiem ejus, quod perfectam formam recipere aptum eſt, adumbratam in ſe continent, is ipſe plaſtes Schemate tàm multiformium imbecillitatum, corpori & animo diu poſt obtingentium, imbuitur. Adeò aptè hereditaria hæc mala infixa ſunt, ut licet tota maſſa ſingularum numero partium in corpore iterum atque iterum immutetur, tamen radicalis morborum congenitorum tinctura remaneat, prompta ſeipſam propagare, effloreſcere, pullulaſcere varioſque ſtolones & fructus abortivos parere, quandocunque tempus plenarium advenerit, ubi cum aliqua externa irritativa cauſa in congreſſum abripitur.

Demonſtrari id poteſt ex podagra, calculo, tabe, rabie, variolis, &c. quorum morborum imagines per aliquot annos velut ſopitæ jacuerunt, donec ab aliquâ provocativâ occaſione excitatæ inſurgerent.

Ideæ morborum, quas Archeus ar-
chitectatur, quando jam in auras vitales
ex utero prodivimus, ſunt fugaces, faci-
poſſunt deleri, & à valentiori aliâ abſter-
gi: Hæ quippe ſæpius inter ſe mutuò co-
liſæ, demum comprimuntur, & ambæ e-
vaneſcunt.

Innumeræ nimirum ideæ vel repræ-
ſentationes finguntur ab actuoſa phan-
taſiâ, quarum quædam haud ita celerite-
fabricantur, ac iterum ilicò diſparent, &
in *Non-Entia* abeunt; Sunt enim mo-
mentaneæ, & promptè à proximâ ſucce-
dente exploduntur. Quando verò ob-
jectum aliquod efficaciter & ſeriò nos af-
fecerit, tunc ejus imago profundas in ſpi-
ritu noſtro radices agit, ſanguinis & lym-
phæ texturam ita alterando, ut ſpecies &
delineatio immoderatæ paſſionis vel Ar-
cheo innato imprimatur, vel aſſiduè di-
verſa Accidentia, Symptomata, ſigna &
Effecta nova exſurgant.

Quòd omnes morbi propoſitum ha-
beant Typum, ſimulachrum, exemplar,
quod in agendo ſequitur Archeus tan-
quam primarium, confirmari poteſt a-

coru

eorundem Uniformitate, regulari motione, pathognomonicis phænomenis vel ſignis, à quibus illi nomen naturæ ſuæ congruum accipiunt. Hęc nobis indicant genus morbi, tuncque judicioſus Medicus poteſt diſtinguere Morbum unum ab altero, ut amygdalum à nuce caſtaneâ; Similiter genera illorum in tot diſtinctas ſpecies, claſſes, formas, gradus; Nunquam id fieret, niſi hic eſſet certus quidam Director, Informator, vel ſupremus Motor, qui icona cujuscunque ægritudinis ab Efficiente & materiali cauſa, ſicuti cætera ſublunaria omnia dependentis poneret, ſtatueret.

Rurſus, quòd Archeus primariò ſchema morbi in ſeipſo ſoleat efformare, & deinceps ſibi ipſi exitium ac deſtructionem accerſereț poteſt probari, ex intermiſſione & ſilentio in febribus, epilepſiâ, podagrâ, calculo, convulſionibus, tuſſi &c. quæ cum aliquo tempore ſopita quaſi inducias dant, mox expergefacta repetunt exactè priorem tragœdiam. Profectò niſi hic Agens quoddam adeſſet,

quod ſtrictè ſecundum certas regulas procederet, non eſſet poſſibile, conſtantem modum ac methodum obſervari poſſe in morborum tum principio, incremento & Statu, tum in eorundem declinatione ac terminatione.

Breviter igitur ita res ſe habet: Veram efficientem ac materialem cauſam omnium morborum non eſſe intemperiem quandam qualitatum elementarium; nec aliquem ex quatuor præſuppoſitis humoribus à quatuor elementis derivatis; *nec Sal, Sulphur, Mercurium &c.* nec aliquid pure excrementitium irritativum & ſenſus incurrens; ſed Spiritum vitalem in terrorem, indignationem &c. per quædam objecta tetra, impura ac tædioſa conjectum: quo facto, verum eorum producit antitypum & ſemina morborum in aliquam æthereæ auræ portionem à reliquâ adhuc integrâ ſeparatam inſerit; ex quâ materia tanquam paſſiva, ſeminale ideale Agens progerminare facit ſurculos omnigenis ejuſmodi fructibus ſive phænomenis in morbo conſpicuis luxuriantes.

CAP. IV.

De Therapeutica ſive Methodo Curatoriâ.

I. De Diæta in genere quâ & præſevari & Curari variæ infirmitates queant.

DEtectâ morborum causâ immediatâ ac indubitabili, Cura eorundem faciliùs minori cum periculo & tædio inſtituetur & expedietur.

Sunt hic obſervandæ duæ capitales indicationes, fines ſive ſcopi, quibus nos oportet eſſe intentos, in ordinanda tum Diæta, tum Pharmacia.

1. Virium ſive Vitalium Spirituum conſervatio.

2. Declinatio vel averruncatio omnis ejus, quod Naturæ inimicum, quod eandem ad paſſiones inordinatas incendit ac movet.

Laudabilis igitur Diæta & Spiritus Vitales augmenta ſubminiſtrando ſuſtentat, & eosdem depurat, pacat, ac divertit ab imaginum nociturarum effigiatione;

imò quadantenus jam inductos languo-
res, deformationes & eclipſes aufert.

Sub Diæta autem comprehenduntur
omnia illa neceſſaria adminicula, Requi-
ſita vel Concomitantia, citra quæ corpus
humanum nequit ſubſiſtere.

1. Ingeſtio vel ejus, quicquid eſt alibi-
le vel nutribile in corpus noſtrum aſ-
ſumptio.

2. Egeſtio vel depletiò ſuperfluita-
tum ſive recrementorum ab alimentis o-
riundorum, & retentio ejus, quod naturæ
noſtræ congruum eſt.

3. Puritas Aëris.

4. Accurata motus & quietis per vi-
ces moderatio ſecundum tempus &
menſuram.

5. Juſta ſomni & vigiliarum viciſſitu-
do, alternatio. Denique Moderatio vel
Regulare regimen paſſionum vel affe-
ctuum animi.

Supremum locum occupat modus
genuinus Spiritus ſuſtentandi, augmen-
tandi, eorum claritatem ac luciditatem ab
omnibus importunis, morboſis, turbu-
lentis, melancholicis ideis vel impreſſio-
nibus

nibus liberam tuendi, & obtinetur à provida curâ in fontem, ex quo Particulæ hæ ſubtiles oriuntur, i. e. ſtomachum directâ. Nobilis hæc Pars curioſiorem & teneriorem ſui attentionem præ reliquis quibuscunque partibus poſcit: Nequicquam enim, quo vel in Qualitate vel Quantitate offenditur ferre conſuevit. Neque tàm ſubſtantia vel Qualitas alicujus nutribilis eſt ſtrictè obſervanda, quàm juſta Quantitas: Nam ſi ſtomachus flagret deſiderio ejus, quod communiter durum digeſtu & difficilis coctionis habetur, vel etiam pravum alimentum affert; nihilominus, ſi Appetitus iſte fuerit acerrimus, indulgendum vel favendum eſt hoc in caſu nobili ejusmodi Parti, ſaltim minori quantitate exhibitâ. Sine dubio enim ſenſiliſſima hæc Membrana, exquiſiti guſtûs, ex plurimis partibus optimam ſolers eſt elicere pro Bono Totius publico: Ita ut è contrariò ſi repulſam vehementis appetitus tulerit, deinceps ejusmodi edibile vel potabile venetur, quod ſæpenumero obnubilationem, torporem, exacerbationem & tenebra-

tionem ſpiritibus vitalibus obducit eosque ita diſturbat, ut varias deformes ac horridas procudat imagines; Cùm viciſſim; ſi Archeo, eminenter in ventriculo hoſpitanti, gratificatio facta & id, quod adeò miſerè cupiebat, indultum fuiſſet, ſerenitas ac illuſtratio Spiritibus acceſſiſſet, ipſique majori cum activitate omnes actiones expediviſſent.

Sanè nonnullorum Medicorum rigor, quo ægris ſuis eo cibo interdixerunt, in cujus appetentiam vel maximè ferebantur, non levium malorum auctor fuit. Neque minus illi peccant, qui ſtrictè hanc talem Diætam injungunt quàm illi, qui Regulas quasdam Generales ex nudis Qualitatibus, Calido, Frigido &c. deductas quas inprimis accommodas deprehendunt, præſcribunt. Non enim hi perpendunt, quòd in omnibus morbis, ſpecialiter in chronicis, oporteat inquirire, ad quam Diætam æger maximè naturaliter inclinet, aut aſſuefactus ſit, quid ejus guſtum optimè & ſuaviſſime afficiat; ad hanc enim ſtateram expendenda ipſi eſt accisa ejus Portio, cujus cupidine tanto-

pere

perè ardebat, licet aliàs communiter inter alimenta difficilis coctionis, pravi ſucci, noxiarum qualitatum &c. recenſeatur. Nemo enim melius Diætæ leges appetitui demulcendo maximè cõformes concinnare poteſt, quàm homo ipſe ſibimet, præſertim ſi jam adultus fuerit, & ſtudiosè dignoſcere queat, quid maximè Genio ſtomachi ſui arrideat vel conſentaneum ſit.

Novi ego potum ſeri lactis, intentione refrigerandi, (citra ulterius examen, num aliqua adſit antipathia) in maligni moris febribus cum vitæ periculo præſcriptum à quibusdam Doctoribus Humoriſtis. Tantæ ilicet tenebræ apprehendêre Spiritus, & tàm horridæ ac tetræ ideæ exinde prodierunt, ut mortis ipſius imago terreret, & certo certius fatalis caligo obrepſiſſet, niſi Ars prævalentior maturius figuras deformes aboleviſſet. Adeò periculi plenum eſt iſtud denegare, quo cum Naturæ maxima ſympathia intercedit, vel offerre id, quod eadem innato odio perſequitur. Poteſt idipſum manifeſtè quis ex propriâ experientiâ intelligere, num

v.g abſolutè averſetur mel, Ova, ſiceram
aroma aliquod &c.

Comedat non quidem ad repletio-
nem Stomachi, nec ad voluptatis ſive gu-
ſtûs dictamen. Miſeria hæc multos di-
lacerat, ut meliùs appetant, quàm dige-
rant. Quæ frequens quoque cauſa
quòd multi auſteri ac crudi humores ge-
nerentur, corpus magis magisque ener-
vantes, aggravantes ad motum ineptio-
reddentes; Si enim non plùs alimento-
rum ingeratur, quàm poteſt concoqui
excrementitiæ ſuperfluitates inſenſibili-
ter exhalant, corpusque intra ejusdem
ponderis, vel ſaltim parum varianti
quod plerumque aliquando matutin
tempore contingit, momentum quoti-
diè conſiſtet: Sin verò ſecus Caput al
quod mortuum vel ſedimentum frac
dum remanſerit indigeſtum, Spiritus ob-
tunduntur, obnubilantur & obſcuran-
tur, & tota moles oneroſo ac veluti plum-
beo pondere ingraveſcit.

Maſticatio ciborum exacta inſigniſſi-
mè facit ad felicem digeſtionem: Qu
verò tuburcinantur, in iis oportet

Mem

Menſtruum ventriculi eſurinum & vorax.

Ferculorum varietas eſt illecebra illa, quæ, ut ordinariam aſſumendorum menſuram transgrediamur, illectat, & ut ſtomachum majori ſaburra, quàm ferre ac digerere poteſt, oneremus, pertrahit. Inde verò ſeparatio utilis ab inutili turbatur, ita; ut crudum adhuc permiſceatur cum probè digeſto, & utrumque indifferenter ejiciatur. Simpliciſſima, vulgariſſima ac domi nata alimenta generaliter ſalubritatem majorem ſecum ferunt quàm lautitiæ iſtæ cupedinariæ, curiosè præparatæ opiparæ, è longinquo conquiſitæ. Caro bubula, ovina ritè præparata præſtat perdicibus & phaſianis &c. Panis ſubniger fermentatus albo.

Quod Galenici ægros ſuos tyrannicis, rigoroſis ac dictatoriis quaſi præceptis adſtringant, jam improbavimus. Nam, *miſerè vivit, qui medicè vivit.* Turcicæ ſervitutis jugo premi & ſtrictè ab ejus uſu arceri, quod legitimum & utiliſſimum eſt parum inter ſe differunt.

Celſi Canon eſt: Non adeò curioſum

ac ſolicitum eſſe in Diætæ; (ſuppoſito mediocritatis lineas non tranſcendi) omnium, qui commodâ valetudine fruuntur calculo comprobatur: Imò quum illis, qui cum gravi aliquo morbo conflictantur (Naturâ proſtratâ & dominio hoſtis ſui ſubjugatâ) nequicquam ſtrictiſſimo etiam Diætæ regimine reſtitui queunt: Eapropter tunc eoſdem (ſi voluerint, ut morbi viribus prævaleat medicamentorum efficacia) oportet liberius gratificari appetitui ſuo, & interdum Genio liberalius ſolito indulgere offerendo ea, quorum deſiderio magnoperè tenetur: Nam quoties compertum eſt, easdem res quibus Medicus religioſè cùm periculo mortis conjuncto interdixerat, vel clanculum ac furtim ab ægro ſublatas, vel ſecreto à quibusdam amicis oblatas, inexpectato eventu Naturam Morborum Dominam effeciſſe, Spiritus Vitales ad ejus præſentiam, quod ipſorum Inclinationi eſt diutinæ vehementi expectationi adeò benè ſatisfacit ſummè exaltatos robor & animum ſumpſiſſe, & fuliginoſas, nebuloſas ac morboſas iſtas Ideas diſcuſſiſſe:

ſiſſe & horumque loco luminoſas ac fulgidas imagines, proſperæ valetudinis auctores, excepiſſe. Non exiguæ ſanè prudentiæ eſt in Medico explorare, cui Diætæ ſeipſum æger adſuefecerit. Nam inquit Hippocr. *Quarum rerum inveteravit Conſuetudo, quamvis deteriores ſint illæ, minus tamen inſuetis malè afficiunt. Aphor. 5. lib. 2.*

Hoc caſu oportet interdum non adeò præcisè iis inſiſtere, quæ ſalubria, quàm quæ ex conſuetudine ſunt; Neutiquam verò inde deduci poteſt argumentum, quaſi probemus nos, venena, cretam, tabacum, lateres vel carbones à quibusdam ad miraculum, citra lethiferum eventum, innoxiè in magnâ quantitate comeſtos: Sed quæſtio eſt, quæ alimenta indifferenter poſſint commendari, diſpenſari ac exhiberi ægris, habitâ conſuetudinis & ardentioris appetitus cum habilitate cupita digerendi maritari ratione: Hâc quippe ſepoſitâ, nullo modo idipſum eſt concedendum.

Pro clauſula ſuadeo, ut curioſitas, ſe-

veritas & mollities omnis in Diæta ſepo-natur; ut, tum Medicus tum Æger id am-plectatur, quod importunitas appetitûs dictitat, conſuetudo quorundam alimen-torum urget, & robur facultatis Digeſti-væ permittere poteſt. Nam avidè quod fuit expetitum, meliorem recipit altera-tionem; quod benè eſt alteratum adau-get Spiritus Vitales, ſecus ſi fiat, Morbi vires increſcunt, Naturæ verò decre-ſcunt.

Quemadmodum non poteſt non ca-ro in latibulum quoddam projecta ibíque diu neglectim aſſervata corrumpi: ita quoque alimentum ingeſtum ſtomacho maximâ Diſſolventis vel Fermenti ſui parte ſpoliato non poteſt non cadaveri-ſari ac putrefieri; Sicque priori calami-tati alia accedit. Neque tàm, quod eda-mus, quàm quod ritè in hâc vitali culinâ præparatur, attendi meretur. Venæ Arteriæ, Nervi, Ligamenta, cartilagines oſſa, omnia & ſingula pro felici ſubſiſten-tia ſuâ Sanguini & Spiritibus miniſtrant: hæc vero ſtomacho. Quapropter ſi quis vitam adſpirat vegetam, ut ſit mens ſana

ſana in corpore ſano, diſcat ſibi moderari ab omni exceſſu in Diæta ſolidâ & liquidâ, ſpecialiter in primâ. Studeat eousque intelligentiæ eniti, ut ipſe ſibi conſulere poſſit, vel patiatur ſe gubernari ab iis, qui rerum harum periti ſunt, ne amplius in membranoſum illud viſcus ingurgitet, quàm in laudabilem ſubſtantiam pro Bono Totius publico convertere valet. Neque verò quis putet, rectè ſe inſtructum iri poſſe à Galenicis, quandoquidem Diætam ſecundum falſas Calidi & Frigidi hyppotheſes, quæ tamen qualitates Relollææ ſunt, & in Ente quodam vitali producendo nullius activitatis, præſcribunt. Verùm enim verò, auſcultent ingenuis Philoſophis Chymicis, qui conſilia dant, prout Spiritus & eorum Inſtrumenta dictitant. Hoc pacto notabilis error committi nequit in ſuperſtructura, quamdiu Fundatio ipſa inconcuſſa conſtat.

Cap. V.

PRoximum, in diætetico moderamine ad τὸ bene eſſe corporis humani,

locum conſiderationis occupat Evacuatio cujuscunque ſuperfluitatis vel Excrementi, & Retentio ſalubris ac benignæ Materiæ pro ſuſtentatione commodæ proſperæque valetudinis. Ut verò omnis ſpurcities (cujus patrocinium ſpiritus Vitales nullo modo ſuſcipiunt) eliminetur, Archei utpote Activi ſeparatoris eſt, bonum à malo, purum ab impuro ſegregare. Nam quando promiſcuè laudabilis quædam ſubſtantia, quæ debebat retineri, unà cum excrementitiâ colluvie rejicitur & repellitur, non parva conſequi ſolent incommoda, uti frequenter à plerisque ſolertioribus Medicis in Hæmorrhagiis vel Fluxibus tum naturalibus tùm artificialibus fuit obſervatum; Nam quid eſſe poteſt abſurdius, quàm triticum cum paleâ abjicere, Spiritum vini cum olido ac cœnoſo ſulphure propulſare.

Superfluitates autem quò magis per blandam Fermentorum activitatem rarefactæ ac volatiliſatæ fuerint, eò citiùs quoque per Reſpirationem & Tranſpirationem corporis inſenſibilem dif-

diſſlantur & exhalantur, ne minimis quidem ſordium groſſiorum reliquiis ſuperſtitibus: Sin in hoc delinquatur, confeſtim tunc declinatio à ſtatu integritatis ſequitur, vegeta ac florida corporis conſtitutio, ſecundum Staticam Medicinam, ſenſim ſenſimque ponderoſior ac torpidior evadit. Tunc ſi notabilis ſedimenti hujus retrimentitii accumulata fuerit quantitas, cauſa morbi alicujus occaſionalis præſtò eſt, velut ex ovo prodiens; quæ, niſi maturè præveniatur, actuoſo impetu prorumpit, & œconomiam admirandæ hujus Fabricæ diſturbat. Quamobrem ſedulò cavendum eſt, ne ingeramus quid, quod digeſtionem non recipit, ut Excrementa accurate egerantur & exornentur vel per alvum, (nam *ventris torpor omnium confuſio*) vel per Urinam, Expectorationem, vel facilem interdum vomitionem vel univerſalem cutis diaphoreſin: Propterea Arte ſuccurrendum eſt, ubicunque Natura deficit. Alvus ſolubilis & cutis facilè tranſpirabilis multum ad ſanitatem corporis conducit. Sin muneris ſui obliviſcantur, *Pi-*

lula

Inulæ polychreſta & *Tinctura polychreſta* non omiſſis interdum clyſteribus & bal neo, valdè proſunt. In fœminis men ſtrui fluxus juſtum habere debent cur ſum: Si ſufflaminentur, *Elix. propr. Sul phur. Mar. philoſophicè præparat.* ma gni uſus eſt. Sic internæ Hæmorrhoi des vel Mariſcæ apertæ, ſibi ſunt relin quendæ: Reſerandæ verò leniter ſubind fricentur ſummitatibus graminis. Hæ porta quando patet, ſingulares uſus præ ſtat; hîc enim Naturæ quædam propen ſio ſanguinem feculentum acrem roſi vum ex meſenterio vel ſplene evacuand animadvertitur. Ego Emunctorium hoc nobiliſſimum ad deponenda ſuper flua judico. Non itidem in quibusdam individuis ſeminis abundantia diu nim eſt aſſervanda, inprimis ſi periculum ſit il lud ipſum contracturum fore pravum odorem & renes & ſplenem & caput in feſtaturum: Teſticuli enim non parum reliquarum partium proſperitati ſuo im fluxu conferunt, ſi in tono ſuo legitim perſiſtant. Certè ſi non rectè ſe habe ant, perniciosos evibrant radios in eju

orga

organi exitium, in quo reſident. Studioſè igitur omnis exceſſus hic evitetur, quia reliquum totum confundit.

Unum adhuc obiter monere volebam, quòd Medicis ſpecialis quædã cura familiaris ſit, quâ degeneres & malignas, Impuritates, citra cauſæ, à quâ derivãtur, remotionem per Adſtringentia & Opiata inter corpus detinent. Unica via rectius procedendi eſt; ut pacificemus Archeum, exorbitantias Fermentorum componere, emendare, Naturam corroborare, ut in largâ quantitate cum euphoriâ aliquando egerat id, quod antea accidis & exiguis portionibus citra debilitatorum Spirituum vitalium refectionem ſecedebat. Nullum enim eſt dubium fibras Stomachi & cæterorum partium firmitudinem acquirere, quando morbifica & vires infringens occaſio fuerit ſequeſtrata.

Singulo mane linteo quidam levidenſi à tribus illis præcipuis Emunctoriis, ſub inguinibus, axillis & poſt cervicem retrimenta viſcoſa, quibus oblinuntur, abſtergere, quadantenus à morbis præſervare

vare poteſt. Raſio linguæ, nobis adhuc jejunis inſtituta, non ſolum viſcedinem impuram glutinoſam tollit; ſed & ab angina aliisque incommodis præſervat.

Sal cinerum clavellatorum calcinatum, cum quinque vel ſex partibus libi amygdalini mixtum, egregiè os extergit, ſi paululum ejus maſſæ in tribus vel quatuor cochlearibus æquæ, quâ fauces colluimus & dentes atterimus, ſolvatur. Nota: Acidi liquores dentibus nocent; Alcalici proſunt.

CAP. VI.

TErtius in Diæta locus aſſignandus eſt neceſſario bonæ valetudinis ſuſtentatori & labefactatæ Reſtauratori aëri bono, qui ſi fuerit congruus tàm gratus eſt pulmonibus, ac alimenta ſtomacho benè diſpoſito. Quàm famigerabiles curas aër ſalubris cum aquis mineralibus effecerit, norunt optimè illi, quos Galenici prognoſtico reliquerunt. Nam quia primò falsâ nituntur hypotheſi, quòd aër principaliter conferat ad cordis refrigerationem & exploſionem parti-

ticu-

ticularum fuliginoſarum ab exceſſivo calido generatarum; falſam inde apprehenderunt Indicationem, refrigerandum eſſe magis vel minus, quemadmodum in febrili aliquo æſtu eodem errore dementati adoriuntur ægros; ſed dum & omne venis robur, & crumenâ nummos exhauſerint, curationis fine excidunt, aut demum deprehendunt purum aliquem Aërem cui ægrum committunt, (ſæpius tamen jamdudum curatum) inde frequenter præter opinionem ad ſtuporem reviviſcit, ipſis attonitis & cauſam veram ignorantibus. Nam coagulationes iſtæ & cœnoſæ in ſanguine limoſitates (quæ per feculenta ſtomacho inimica medicamenta magis augmentãtur, quam diminuuntur) ab Ambiente ſubtili diſſolvuntur, rarefiunt, volatiliſantur, & inſenſibiliter exhalantur, citra recrementitii alicujus ſedimenti reliquias. Hoc pacto Stomachus Digeſtionem ſuam recuperat, & ſanguis liberè per canales ſuos proprios fertur. Tantæ aër eſt efficaciæ unà cum Fermentis humores refinandi, omnem lentorem in illis reſidentem

dentem vel circa ſplenem aut Stomachum, cujus Appetitus & Digeſtio valdè angetur aut deprimitur, prout Ambiens Aër vel tenuis vel craſſus, defecatus vel fracidus eſt, delitefcentem attenuans. Magnus hic humidi ſeparator in quibusdam locis adeò rarefacit & conſumit nutrimentum corporis humani ſolidum, ut licet largius quis comedat & quadruplo plus, quam alio tempore in aliis regionibus, tamen conſtanter perfectâ ſanitate perfruatur idemque corporis pondus obtineat, quod antē ſeptimanas aliquot (pauca viſibilia Excrementa in comparatione cum Inſenſibiliter diſſipatis manifeſta cernuntur.)

Hic eſt optatus ille Aëris ſubtilis, puri probè clarificati, ſæpè mutati, frigidi, lucidi effectus, pulmonibus gratiſſimus; è contrario, quando Ambiens hoc est groſſum, paludoſum, torpidum, putridis corpuſculis copioſè refertum, uliginoſum, vel nebuloſum, varia valetudinis incomoda conſequuntur, uti v.g, hebès appetitus ano- & dyſorexia, apepſia, cruditates, ſanguinis contaminatio, languor, proſtrat-

cratio,mœſtitia Spirituum, depravatio
Fermentorum,tuncquę turmatim mor-
i nos invadunt.

Ubi Atmoſphæra benè qualificata &
onſtituta eſt, ibi homines longiori vitâ
no ſemper corpore fruuntur: Ubi verò
adem aliter eſt diſpoſita, filum vitæ de-
urtatur.

In genere; Aër morboſis exhalationi-
us è terrâ effumantibus deſtitutus, & be-
evolis ſupernè delatis influentiis in
rægnatus, pulmonibus eſt ſaluberri-
nus. In ſpecie, quod Aërem inprimis
uoad præſervationem à morbis & ſani-
tis reſtaurationem concernit, quicun-
ue maximè Individuali temperamento
ongruere ſolet, cujus bonitatem experi-
ntiâ comprobat, ille eſt ſeligendus.
am gaudent pulmones Naturali quo-
am Appetitu,quo hunc vel illum Aërem
ræ alio amplexantur, ſicut & Stomacho
ſitum eſt,certas & peculiares ciborum
ecies affectare.

Ubi Aër eſt illaudabilis, opportet illum
rtę emendare,quod fit,imitando Natu-
am,ventilando ſtagnantem, calefacien-

do

do & ſubtiliſando commodis ignib
denſatum aut frigidum , conſumen
do vel profugando particulas fœtidas p
grati ac boni odoris diffuſionem.
Aër in exceſſu abundet acido vel putr
dis Nitro-ſulphureis atomis , ille r
ctificandus eſt halitibus maximè re
natorum Alkalium & fumis benè co
rectorum ſulphurum. His, med
cis multi morbi poterunt & præveniri
quadantenus etiam curari.

CAP. VII.

QUartum corporis in vigore conſe
vandi adminiculũ eſt Exercitatio
Quies, quas oportet mutuò per vices
bi ſuccedere. *Quod enim caret altern
requie dutabile non eſt.* Jam verò M
tio ſemper præcedit requiem, nam præc
pua corporis Symptomata à Facultate lo
co Motiva conſurgunt.

Non ſic examinabo Definitione
Naturæ Ariſtotelicam, quòd ſit Princ
pium Motûs & Quietis ; ſed potius in
ſtam Modificationi ac Regulationi M
tus, quatenus tendit ad hominis ſanit

ter

tem. Tanti uſus eſt Motus vel Exercitatio ; ut Sapientiſſimus Creator ordinaverit Reſpirationē & Pulſum conſtanter continuandum pro noſtra vitali conſervatione per totum vitæ noſtræ curſum; ita ut Spiritum diutius non ducamus ac cor & pulmones facultate Movendi funguntur. Quemlibet igitur ſingulariter oportet eſſe ſolicitum, ne Circulatio ſanguinis ullo modo intercipiatur ut libera reſpiratio intermittatur : Huic fini muſculorum corporis exercitatio, temque animi lenis & ſuavis recreatio plurimum favet.

Moderatus, æqualiter diaphoreticus, alterativus & tempeſtativè excitativus Labor circa jucunda, variantia, admirabilia, rara & deſiderabilia objecta occupatus expandit ac dilatat pulmones & arterias, inde pectus evadit *μέγα πνεῶν*, arteriæ micantes.

Nihil autem melius has Actiones promovet, quam Gaudium temperatum & alacre, conſtans amor ejus quod verè amicabile, nec pœnitudinem affert, ſpes probabilis boni alicujus brevi deferendi,

tan-

tandem dulciſſima ejus rei impetratio, quæ eſt durabilis & adhuc melioribus po tiundis nos admovere poteſt; Quapre pter Excellentiſſimi cujusdam Viri ſen tentiæ ſubſcribo: *Proſperitas totiu vita noſtra dependet ab expectation meliorum.* Sic Magnanimitas vel Stre nuitas virtute & conſilio nixa, ad præcl ra facinora pro Bono tum publico tum privato deſignanda adſpirans, blandiſſi me Spiritus ampliat, Fermenta reficit, & ſuperfluitatum expulſionem procura Quin imò juſta Indignatio limitibus de bitis incluſa facilitat Reſpirationem Tranſpirationem & Pulſum.

E contrariò, Luctus, mœror, pavor metus, triſtitia, odium, zelotypia, invid contrahunt diaphragma & muſculo thoracis, unde impeditur reſpiratio & o caſio præbetur, intempeſtivæ & impo tunæ Syſtole, vel ſupinæ conniventi Arteriarum.

Non malè interdum etiam ult communes Moderationis termino conſultum eſt, animum extraor nariis quibusdam paſſionibus agita

& te

& tædioſo labore corpus laſſari, quò & ſuavior animi compoſitio, & quies corporis jucundior ſequi queat. Siquidem conſtans ac ſtrictus Diætæ tenor difficulter obſervari poteſt, citra gravius damnum quandocunque delinquimus vix tamen evitandum Viro negotiis publicis vel ſecularibus quibusdam commodis invigilanti: Ut ita melius ſit certo alicui Exercitio vel labori corpus & animum aſſuefactum eſſe voluntariè, ſic nunquam inertes & inviti cum notabili noſtro detrimento deprehendemur.

Suadeo verò ut partes debiliſſimæ exercitia leviſſima obeant; Frequenti quippe inceſſu inferiora membra fatigare, quando languore infirmantur; movere brachia & manus, quando imbecillitate corripiuntur, facit ut robuſtiores per motum defraudent imbecilliores ſicque *Alogotrophia* vel disproportio in partium nutritione conſequatur.

Approbo itidem Frictionem omnium partium, ſpecialiter trium, quæ ſupra notavi, Emunctoriorum; Inguinum, Axillarum, & Cervicis, levidenſam mol-

em citra curioſam ſuperſtitionem, num
recta obliqua vel transverſa inſtituend
ſit directio.

Pectinatio capitis ſingulo mane exer
citium eſt maximè proficuum cerebro &
ſuperioribus partibus, auget enim eo
rum vigorem & reſerat poros pro emi
ſione excrementorum in ſextâ Digeſtio
ne genitorum, quæ ipſa non parùm de
pravatur à nimiâ capitis velatione vel ob
tectione, ita ut cerebrum ſuperfluo calo
re effeminetur, mollescat, & hebeſcat.

Συλλήβδην quilibet homo eligat ſi
illud Exercitium, illam Recreationem
ad quam maximè inclinat, quæ conſtitu
tione ſuæ convenientiſſimè reſponde
quâ ſuaviſſimè relevatur.

CAP. VIII.

QUintus inſeparabilis vitæ noſtr
Comes proximè Motum & qui
tem memorandus eſt Somnus & Vigili
Propemodum partiuntur microcoſ
hujus vitam: Et felix eſt homo, qu
prior etiam fuit inſtitutus, quum tot m
ſeri mortales curis conficiantur, ut pr
in

inde gratias debeat Creatori, quod ſua-
vem & lethæum ſomnum poſſit capere
qui veluti mors brevis ipſum omni mœ-
rore & Spirituum angore demeret. *Pax
Animi, quem cura fugit.* Quamvis au-
tem maximo emolumento ſit Somnus
moderatus & ſimul corpus ac animum
refocillet, ut poſtmodum Facultatibus
ſuis aptius præeſſe & officia debita ala-
crius exequi valeant: Attamen ſi in eo
excedatur, non levia quoque incommo-
da nobis accerſit, uti v.g. Ineptitudinem
aſſequendi artes ingenioſas vel ſcientias,
ſtupiditatem comprehendendi rerum
veritatem, memoriæ defectum, ſupinita-
tem vel acediam ne gry quidem de futu-
ro noſtro Statu ſolicitam, omniaque ne-
gotia confuſa, indigeſta & deſperata poſt
ſe relinquentem. Cruditates inſuper ac-
cumulantur, Archeus proſternitur, ſu-
perfluitatum expulſio ſufflaminatur, cor-
pus effeminatur, molleſcit, deliciis & la-
ſciviâ diffluit, honeſtis actionibus perpe-
trandis inhabile redditur, excrementa
coacervantur, & copioſa materia omnis
generis morbis ſubminiſtratur &c. Sic
 quo-

quoque exceſſus in vigiliis denſatis pravorum Conſequentium, turmis ſtipatur; qualia v. g. inquinatio & diſtractio Spirituum, abſurdæ ideæ, apepſia, Augmentatio Acidi Hypochondriaci abundantior melancholia & inſania.

CAP. IX.

COncomitans vitæ noſtræ inſeparabile ultimum quod conditionem noſtram vel meliorem vel pejorem efficit, prout benè vel malè illud gubernamus, ſunt *Affectus noſtri*, qui ſi regulariter moveantur, producunt ſuavem tranquillitatem in animo & ſalubritatẽ in corpore; Sin verò extravagentur oleas & terminos ſuos transgrediantur, totam admirandæ hujus Fabricæ œconomiam confundunt. Stoicorum placitum eſt, ut ſeipſos Anima ſenſitiva exuere conentur, quia volunt ut homo ſit ἀπαθής. Hoc verò idem eſt ac ejus ſenſum non percipere, quod Naturæ adverſatur. Impoſſibile tamen hoc Homini Apprehenſibili & Imaginabili non moveri per Objecta, quæ vel apprehendit vel imaginatur; & prou

prout aut grata aut ingrata ſunt, ita eadem vel deſiderat vel abhorret, Affectus hoc modo in actum provocantur, magna luctatio, effervecentia & perturbatio in Spiritibus exſurgit, quæ interdũ prodigioſè Texturam & Craſin Sanguinis alterant. Ideæ vel Imagines Mœroris, Timoris, Angoris, Lætitiæ, Zelotypiæ, Odii, Æmulationis nonnunquam adeò in Spiritibus Animalibus fixatæ, ut indelebiles exiſtant. Inde verò vaniſſimæ Imaginationes totius hominis, Deliratio, Melancholia & Furor emicant. Neque duntaxat abſurdi conceptus & vanæ imaginationes totius hominis diſturbationem in ſtomacho vel cerebro pariunt, aut Tempeſtatem procelloſam in Archeo Univerſali concitant, ſed itidem cujuslibet partis Spiritus particulares Indignationis, Terroris &c. Imagines procudit.

Spinoſa, aculeata vel pungens materia in parte quadam ſingulari confeſtim Vitalem Spiritum in dolorificam paſſionem conjicit, Archeus oculi protinus indignatur, quando ſtimulans roſivus liquor in ipſum vel injectus vel in eodem ex vitio

peculiaris ſuæ digeſtionis generatus eſt.
Inſuper tunc Lympha Latex vel ſeroſus
humor evocatur pro ablutione labis vel
nævi hujus, quod ſi nequeat perficere, æ-
què tàm aqua ocularis, quàm nutrimen-
tum ejus, eſt depravata per Spiritus ſenſi-
tivi tumultuantis attritionem, quem ea-
propter omnibus modis pacificare opor-
tet. Similis perturbatio excitari ſolet in
Archeo Auris, narium, arteriæ aſperæ,
&c. quando cauſa quæpiam ſeditioſa
ibi ſe exerit. Hoc certiſſimè verum eſt:
*Omne Vivens Mortui impatiens eſſe ſo-
let.* Quodcunque à vitali conſortio ali-
enum eſt, & vel intus ingeneratur, vel ab
extra aſſumitur aut injicitur, ſeriùs ociù
Cuſtodem Totius vel Partis in inquietu-
dinem cogit. Ex hâc ratione Canthari-
des applicatæ veſiculas excitant in cute
corporis viventis: Eadem ex causâ viru-
lenta Animalia, Vegetabilia aut Minera-
lia intus ſumpta, violenter purgant; Nam
quanta eſt indignatio, in quam ad præ-
ſentiam ejus, quod abhorret, Spiritus ſen-
ſitivus incidit: tanta quoque confuſio
humorum ſalubrium per eorundem col-
liqua-

liquationem & putrefactionem conſequitur. Deſuper hæc tantillum etiam beneficium ex rebus corpus merè diſſolventibus exſurgit: Agens nimirum Principale exaſperatur ab eo, quod ſuæ Texturæ & Naturæ eſt contrarium. Poſthabitâ hâc indicatione ego praxin meam ordiebar, non enim meliora edoctus eram, quàm ut plurimas. Sedes vel vomitus moverem ſine ullâ magni iſtius Præſidis, qui, ut ſæpè demonſtravi, ſuprema ſanitatis & infirmitatis cauſa eſt, complacentiâ vel pacificatione. Verùm poſtliminiò à Præceptore Scholis longe doctiore inſtructus, corrigere priorem Traditionalem Errorem meum & tutum Experimentorum iteratorum filum ſequi occipiebam; Ita ut demum nunquam aliquod Solutivum, quod ſtomachum corroborare idoneum vel Fermentis & Vitalibus Spiritibus amicabile non eſſet, propinarem. Inprimis me huic accommodabam ductui, omnia frequentia Laxativa nullius frugis eſſe, quia Archeum irritant & exacerbant, Tempeſtates ac Procellas in Microcoſmo concitant, ejusque

malaciam jucundam perturbant. Iſti[...] verò remediis Ideas Phantaſiæ in gene[...] rectificari & clarificari, poſteà Spiritus i[...] particularibus locis ritè componi. Qui ig[...] tur deſiderat liberari abſurdis Melancho[...] cis cogitationibus, furioſis paſſionibus: a[...] perturbationibus, capiat *Euſtomachicum Benignum*, remedia blanda; quæ ubiqu[...] & ſemper ſufficient impuritatibus ever[...] rendis, eliminandis citra Naturæ offen[...] ſam, indignationem aut diſplicentia[...] gravem. Quæ genuina methodus e[...] absque omni violentâ compulſione v[...] profuſione perficienda.

CAP. X.

Pharmaceutica ſive genuin[...] & generalis Methodus curand[...] morbos per medicamenta.

QUantum Galenici circa quatuor E[...] lementa, horumq; pro compoſitio[...] ne corporum, pro deducendis inde Con[...] trarietatibus, Qualitatibus, Complexio[...] nibus ipſorummet, Mixtionem errave[...] rint, quàm perperam eadem pro Principii[...]

Rerum

Rerum Naturalium & cauſis morbi ac ſanitatis venditârint, perſpicuè ſatis à noſtro Philoſopho Pyrotechnico detectum eſt. Huic prædicto carioſo fundamento ſuperſtruxerunt magnificam ac pompoſam Curationis Fabricam, obſtînatè ad operam dantes, ut ſecreta ſua ſilentio tuerentur.

Regula Contrariorum ab Imaginariâ hypotheſi de Hoſtilitate ac Reluctantia quatuor Elementorum (quando dicunt omnia Concreta habere ſuum Originale, per quod primario agant ſine humanas Infirmitates debellandi) multas Myriadas quaſi venenum aliquod infecit. Ubi igitur notabilem in Febre quâdam calorem deprehendunt, ſtatim Indicationem hanc capiunt, refrigerandum eſſe corpus in gradu ſuo Antagoniſtæ proportionabili, ſicque corpus ad Eucraſiam reduci ſperant. Sed aſſiduè infelici cum ſucceſſu; Nam ſi negligatur Radicalis Cauſa, & intendatur Abolitio Accidentium, Productorum vel Symptomatum, quî poteſt eſſe aliter, quàm ut neceſſariò & ferè ſemper ſcopo aberret, niſi caſu fortaſſis

taſſis illum tangat. Fidelis & Peritus Medicus parum attendit, num Æger caleat, frigeat, vel temperatè ſe habeat v.g. in Febre aliquâ; Sitiat an non? Novit enim idem Agens, quod emittit Blas calidum, interdum etiam frigidum ex eadem Materiâ producere. Sic frequenter obſervat, ſpinam inanimem frigidam vexare, exacerbare, irritare Archeum digiti tantoperè, ut pulſus ſupra modum augeatur, color rubicundus exoriatur, ſanguis incendatur, calor exaltetur. Quæ omnia proveniunt à cauſa materiali, nimirum ſpinâ impactâ. Similiter oculus rorat, dolet, lucem averſatur, rubore ſuffunditur vel inflammatur, ab atomo vel vitri fragmento tenuiſſimo, &c. quæ ſunt res frigidæ. Ratio paſſionis hujus eſt, quod Spiritus Ingenitus vehementer ad præſentiam hoſpitis corpori adeò ingrati fuit provocatus.

Præterea ſcintilla ignis, eſſentialiter calida, incidens in manum vel alium in locum ſubito rigore totum corpus perfundit. Quid frequentius quàm moleſto rigore etiam cum ſtridore dentium con-

junct-

junĉto corripi propter abundantiam ſuppoſititii humoris, quem Choleram vocant,& igni analogum volunt, calidum & ſiccum. Et vice versâ, quoties ego Phlegmatica quædam corpora ſimul atq; cholerica in Febribus calida & ſicca deprehendi? Hoc caſu quomodo citra priorum Theorematum contradictionem,& lethiferos errores poterunt exhibere refrigerantia, forſan pro augendo Phlegmate & pro calida cholerâ evehendâ? Nonne hoc eſſet acceſſionem facere morbo? Nonne ſatius eſſet rectâ viâ affectæ parti ſuccurrere,& ſpinam digito eximere? Atomum vel fragmentum vitri ex oculo convenientibus Inſtrumentis educere? Attenuare itidem & rarefacere Phlegma,edulcorare, mitigare, retundere & alterare Choleram per adæquata remedia, *Soſpite Stomachi ac Naturæ robore*, ablutionem, abſterſionem & egeſtionem in omnibus congruis Emunctoriis corporis exequentia. Hoc ſi feceris (fidelis Philoſophici Artiſtæ munere functus) blandiſſima Tranquillitas in Spiritibus vitalibus apparebit, omniq́ue prava

Symptomata caloris,frigoris &c. protinus, vel breviſſimo temporis ſpatio evaneſcent. Neque verò in hoc paſſu tanti momenti eſt, num remedia calorem vel frigus efficiant,ſiquidem ut ſubtracto pabulo actutum ignis extinguitur: Ita remotâ æſtus mateтia occaſionali, ipſe quoque citò exſpirabit.

Si Scholæ ritè comprehenderent,quod ignis per rapidam corporum duorum (ad ſenſum) frigidorum incombuſtibilium ſolidorum, ut Silicis & chalybis colliſionem vel longam accenſibilis Materiæ attritionem, nullo accedente calido,vel per Fermentationem, Agitationem, Conglomerationem aut Compreſſionem Acidi & Alcali; vel per lucis in certo aliquo puncto coniformem concentrationem poſſit excitari melius cauſam Æſtuationis,Effervefcentiæ & Accenſionis Spirituum Vitalium in Febribus, intellecturi, indeq; remediis congruis proſpecturi eſſent ægrotanti.

Si quando Genuini, Domeſtici Microcoſmi Spiritus cum ſylveſtri exotico Gas congrediantur, exorto quaſi turbine

con-

confuſim inter ſeſe colliduntur & alter alteri impingitur : Extemplo tunc erumpit præternaturalis calor, qui corrigendus per Spirituum Vitalium pacificationem, & ad profligandum vel ſubjugandum hoc difficulter domabile Agens,& Spiritum Sylveſtrem ſubtilem & materiam, è quâ iſte emergit,confortationem; Quod ipſum nequaquam refrigerantium præſcriptione perficitur, ſed illis medicamentis, quæ pacant Archeum, & effusè demulcent. Quando Salia illa, Acidum & Alcali in putri quadam materiâ contenta degenerant, & ſitim vel Tumultu in Spiritibus Animalibus excito immodicum calorem procreant, tunc quicquid eundem corrigit,eſt amplectendum indifferenter, ſive ſit calidum ſive frigidum. Satis eſt, ſi ego poſſum Primarium meum ſcopum aſſequi, nimirum ablationem Nocivæ θερμοποιητικῆς Materiæ,ſubſtantiæ à quâ reliquæ Qualitates omnes & Accidentia dependent. Si igitur Fundamentaliter id poſſum obtinere, quî cœco adeò impetu & ſpontanea inaniâ exæſtuant Galenici,ut Medicamen-

torum meorum Elaboratas Præparatio-
nes tanquam violenter Calida, Exurem-
tia, Exſiccantia, Inflammantia cavillentu
ac convitientur, cum ipſi nequeant com-
prehendere, quod ego ſpretis Aſymboli-
illis & Caſſis Calidi ac frigidi Qualitati-
bus (tanquam Eſſentialibus Curis) Ex-
tirpem Febres omnes per amotionem &
ejectionem earundem Occaſionalis Fe-
bri: Verum enimverò in hoc ſtatu omni-
bus Feculentis, Cœnoſis, Indigeſtis, Ex-
ſtimulantibus Corroſivo-Salinis, Fraci-
dis, Malignis, Virulentis Medicamenti
qualia frequenter ipſi exhibent, quibu
profectò ſæpius ſtomachum diſturban
& immanem æſtum producunt, re-
nuncio.

Nequaquam autem illud, quod vide-
tur eſſe Calidum (quia penetrat, rarefa-
cit, & afficit partes per particulas ſuas Spi-
rituoſas æthereas, ac ſi ignei quid fuiſſ
applicitum) incogitanter tale cenſendu
eſt in Effectu: ſed quod Impurum, Co-
roſivum, vel Venenoſum damnandu
eſt, utpote oneroſum, cacoſtom-
chicū, Obtundens, Corrodens, Exace-
bans

bans, Diſpungens, abſolutè Hoſtile Principiis noſtris, Putrefactivum & ſic Conſequenter Thermopoeticum.

Arguit hoc magnam in aliquo Imprudentiam, judicare de Elaborati alicujus Pharmaci Energia Interna per Guſtum vel externam applicationem, priusquam Ingredientia ejus ritè cognita; & exquiſita præparatio (Manufactura) detecta fuerit: Quædam res vel leviter & per jocum delibatæ procreant Dyſcraſias, & Conſequentia lethifera Intoxicantia; Ita igitur eſt, ut id cujus ſapor rigidus, acerbus nauſeabundns videtur delicato Guſtum, nihilominus Vivificum, Alexiterium, ſalutare & ἐυκρατὲς in Operatione ſit.

Calamitas Artis noſtræ eſt, quod Mundus neſciat diſtinguere inter Adulteratam & Legitimè inſtitutam operum Chymicorum Tractationem. Commoda ſic Oſoribus occaſio ſubminiſtrata fuit, inſidiosè mendaciis eadem onerandi, intempeſtivè invadendi, effrenatè probris afficiendi & ejusmodi criminibus infamandi, quorum propria ipſorum Medicamenta, Vulgaria illa & Pſeudochymica,

notam

notam incurrunt. Scilicet quia mixtu-ræ Officinales imperitè ſunt confuſæ, perperam compoſitæ, ſordium colluvi- pollutæ, perversè elaboratæ, hoc reſpectu ſunt nimis Calidæ, Violentæ, ſtomacho nocivæ, relinquentes poſt ſe triſtes In-flammationis, Colliquationis, Tabificæ Conſumtionis Impreſſiones; An verò eandem juxta regulam oportet & noſtras Philoſophicas Polyaceas Sudore multo, longâ Experientiâ, & verâ Pyrotechni-æ Sapientiâ partas pro Vilibus & Pernicio-ſis cenſeri? Sanè ſæpè optimorum in nu-mero aliàs habita, nihil minus ſunt quam Nobilia Cordialia, quia Tabernarii non-nulli vendunt adulteratos & depravatos Liquores. Quid enim hodierno ſecu-lo in eo genere communius, quam pro-pter ſocordiam, Philautiam, Avaritiam & procacem inertiam veteratoria quæ-que pro præſtantiſſimis venditare?

Si Galenici moleſtias non detrecta-rent, fumos carbonum ſtrangulatorios & arſenicales Mineralium halitus non formidarent, Laborum ſuorum Fructu in proprium corpus aſſumerent, prius

quam

quam ægris ſuis præberent: Certè nullis perſuri eſſent ſumptibus pro comparandis optimis Materialibus, vel ſaltem lubenter ab iis diſcerent, qui ipſos hîc inſtruere callerent, facilè itidem paterentur ſuam inſcitiam convinci, ut crederent, ea, quæ ego Ægrotis offero, calorem non augere, Naturam nullis Periculis aut Injuriis exponere ſumta licet in Quintupla Doſi. Certe niſi Galenici candorem, quem exuerunt omnem, ſimularent, nunquam ita conſtanter activam Ignorantiam ſuam proſtituerent, neque pergerent contradicere, obloqui, & adverſari Methodo, quam ipſi ignorant, benè verò ſum mihi conſcius, quod ſit Planiſſima, Clara, Tuta, Conciſa via Curandi per Suppreſſionem, Subjugationem & Profligationem Materiæ Morborum realiter Occaſionalis, juxta Hippocratem autem peccat Acidum, Auſterum, Amarum, Ponticum, non Frigidum aut Calidum. Hæc ſi alterentur & exauctorentur per remedia efficacia, virtutibus penetrantibus dotata, *Arcana*, in *Microcoſmo* ſequitur *Eutaxia, Eucraſia* & *Symmetria*. Opti-

Optimus Senex noſter ſuggerit nob[illegible] τὸ θεῖον in morbis, quod ego commun[illegible] reperio omnibus magnis Febribus ma[illegible] gis vel minus Malignis, Extraordinari[illegible] Irregulari Modo agentibus, à purè dege[illegible] neri Acido, Amaro &c. differentibu[illegible]. Hæ interdum] niſi maturè præveniatu[illegible] confodiunt cor veluti pugione qnoda[illegible] occulto, nec manifeſta ratio ex allegat[illegible] Principiis liquet. Tàm Spirituale & gra[illegible] duatum venenum in corporibus] noſtr[illegible] poteſt excludi, ut Vires (Auimale robu[illegible] in momento peſſundet, percellat & pro[illegible] ſternat.

Audetne Humoriſta aliquis in ſe rec[illegible] pere, ſe per remedia calida aut frigida de[illegible] bellaturum & expugnaturũ Arſenicalia[illegible] Aconitalia, Opiata, Sardoniana, Taxea[illegible] na, Cicutaria, Viperina, Scorpioniana[illegible] Tarantuliaca venena per continuu[illegible] Archei motum fabricatá & juxta eju[illegible] ipſius Phantaſiam ſpecificata.

Quam fatuus eſt error ſuſpendenda[illegible] eſſe oblationem ejus, quod habet in[illegible] implantatam Virtutem Antidotalem to[illegible] lendis prædictis Proprietatibus ſufficie[illegible]

tem[illegible]

m,ne quà calor intendatur? Quanta de-
ratio, imò inſania eſt, & Homicidium
ſiſſimum non permittere Curam pro-
ter ignavæ & caſſæ Qualitatis ſcrupulum.

Atqui verò ſtolida trepidatio eſt dare
olle Aquam vitæ, vel Spirituoſos quos-
am Liquores Lipothymicis, quibus Spi-
tuum Vitalium Penuria & Decremen-
ım accidit, propterea, quòd calefacere
imis eosdem perſuaſi ſimus, ſi Tepidi no-
ri Medici tantos per experientiam feciſ-
nt progreſſus, quantos Chirurgi mari-
mis expeditionibus miniſtrantes, vel
ltem peritiores aliqui Nautæ, exſtirpa-
ari tunc forent Febres . . .
er ſubtiles Spiritus meliori, cum
udicio, quam ipſorum *Punch* corre-
tos. Neque enim ſolidam perſpicio
ationem illam, quòd nautæ noſtri
equenter adeò in itineribus ſuis longis
ntehac perierint (ita ut ægrè compe-
ens numerus à navigatione domum ſo-
pes redierit) id propter, quia in Cauſo-
ibus ſive Febribus Ardentibus itidem
nflammatorios nimium & Spirituoſos
iquores applicuerint, qui tamen ipſo-
rum

rum Invalidos, Deſides, Vappidos, Mco
tiferos, Refrigerantes Julepos & alia In
ſipida Phlegmata vel millies præcellun
Si Spiritus hi calidiores (ut ipſi volunt
eorundem Præſcriptiones ἀπνευματικ
effectu ſuperant, quid demum præſtab
Adeptus aliquis, qui ſcit, optimum ſu
rum Spirituoſarum Præparationum e
illud, quod ab omni Impuritate, Acrim
niâ Tenacitate, validè Famelica Præd
toriâ facultate (quæ Realis non rarò Cau
eſt Indignationis Archei, & conſequen
exceſſivi Caloris) liberatū eſt & correct
Quibus *ex facto* citra frivolas Controve
ſias vel Cavillationes demonſtratis, put
verit quis, Humoriſtas vel θερμοπραγμ
τικοὺς Jejunis, Frigidis, Torpidis, Effc
tis ſuis Opinionibus, quòd hoc vel illu
calidius ſit, quia ſic Plebejo Rusticar
Guſtui ſuo videtur, dimotum iri poſſ
Quum in rei veritate id duntaxat Spiri
ſummè defecato ſit dotatum, quod ſi
gulariori quam vulgari Arte rectificatu
retrimenta Cacoſtomachica vel Torm
nifica Roſiva Coagulativa, Spinoſa, M
ligna. Salia, Venenoſa *Sulphura*, Cau

omn

nnis caloris p. n. in Corpore occaſio-
les auferre valet.

Sufficiant Rationes hæ Philoſophicæ oMethodi Curativæ ipſorum per Cali-m & Frigidum Accidentalis & Calu-nioſæ, quòd optima medicamenta hymica ſint nimis calida, objectionis nfutatiòne.

Nunc compendiosè progrediar, ut de-gam quàm tum malitiosè, tùm imperi-ipſi ſalutares noſtras propria manu e-boratas medicinas accuſent, quaſi ſint riculoſæ, Peſſima Conſequentia, & neſtas Impreſſiones poſt ſe relin-ant, βραχύβιον Vitæ Periodum & Im-aturam mortem accerſant.

Sed quod Galenici adverſum noſtra ſtrumenta Curatoria ementita fide uindo oggerunt, concinnius in ipſorum ſpenſationem Medicamentorum pot-retorqueri. Hæc enim vel Nauſeo-, Cœnoſis Feculentiis Impurorum, cerrimorum, Corroſivorum Salium & lphurum, copioſa colluvie redundan-ius immerſantur vel Deleteria quâdam, κοφυεῖ Vitioſâ Intoxicante Craſi, Na-

turæ

turæ oppidò adversâ ſunt imprægnata

Chymicas Præparationes, quas Gal[e]nici inprimis tanquam φυσιολέθρους, Il[...]thiferas & Periculoſas inſectantur, nup[er] ipſi in malè compilatum, ac conſarcin[a]tum opus congeſſerunt.

Rhapſodia hæc Chymicalis iſt[...] Pharmaciæ ex Trivialibus plurimum A[uc]toribus tranſſcripta tàm rudis & indig[e]ſta, tàm frigidè pertractata, ut potiꝰ pec[...] ſequo quam Sophorum Antiſtiti ([...] ſpectori) tribuendam cenſeas, tàm i[n]certa præterea, imò periculoſa, ſiquide[m] aliqua ibidem Virulenta, quæ frequen[tiſ]ſimè Malignitatis ſuæ Stigmata poſt[...] relinquunt, ita ut etiam Non Adep[tus] concluſerit: Maximam ejus partem e[x]pungi, melioribus ſuppleri & quod rem[a]net, diſcretius in ordinem pro ipſoru[m] *Manufactura* diſponi oportere.

Quomodo Galenici nobis impona[nt] inprimis infra querulâ ſatis Satyrâ pe[r]ſtringo, dum itidem in certorum Ho[ne]ſtorum, ac Ingenuorum Artis Chymi[cæ] & Remediorum Paracelſicorum Am[i]corum Perſecutionem jam eadem ipſa

uſu[...]

ſum vocant tum ad complurium Ægro-
orum perniciem tum ad Vacillantis ſuæ
ogmaticæ Structuræ Exiſtimationem
onſervandam, quippe quam neceſſariò
porteret funditus corruere niſi occultè
ppoſitis ſpagyricis activis Præparatio-
ibus, quas nobis ſuffurati ſunt, tunc cum
ſorum languidiſſimæ Mixturæ locum
on inveniunt, ſuffulciretur: Hinc eſt,
uod ſesquipedalibus verbis ſuas incon-
tas Compoſitiones, quibus Curæ
ucceſſum maximam partem adſcribunt,
ctitent, quum reverà magis remoram
oſuerint.

Ut verò Æſtimationem hanc tuean-
r, quam quæſo ſubtiliter quidam ſe
hymiſtas eſſe prætendunt, dum *Theo-
mata* & Notiones aliquot *Chymicas* ex
elmontio ſurripiunt, refingunt, inter-
olant, & ſuppreſsô Auctores Nomine
leganti quodam ornatu velatas propo-
ant. Scilicet hoc Plagiariorum iſtius-
odi proprium eſt, ut ex eo furentur,
uem in publico diſcurſu vel conde-
nant vel contemptim habent: Si can-
oris adhuc mica in illis reſideret, id ſanè
fa-

facere erubeſcerent. Criminis verò hu
jus jure meritò accuſo, Auctorem D
Fermentatione, De Febribus aliosque qu
multa crepant de *Lacte Sulphuris, Spiri*
tu C. C. Spir. Vitriol. Ente Vener. &c.
quò ſcilicet *rariorum Chymicorum* præ
conium demereantur. Sin ejusmo
Viros cum ſuis Præſcriptionibus in Do
cimaſtico Praxeos Furno examines, fac
lè liqueſcet, quòd ſint Philoſophaſtri,
in Scientiæ hujus Profundioris arcanis
terionis: Tunc demum inſignes eoru
Errores, Defectus, & πλημμελήματ
Peritiori alicui apertè in oculos incu
runt. Hoc pacto Innocentia Medic
mentorum propriâ manu elaboratoru
Salus item & Vitalis Præſervatio, qua
illa præſtant in apricum prodibit oſte
detque tantum ſe dotium ſuarum Exce
lentiâ Galenicorum medicamenta tra
ſcendere, quantum Fax Splendore ſi
exiguam candelam ſebaceam præcellit.

Præterea callemus nos non tantum O
perationes noſtras adverſus Galenic
exculpare utpote indemnes & omnis p
riculoſi Effectus expertes; ſed & con

dim

mus propugnare, quòd ea, quæ nos
Ægris propinamus conducant ad ipſo-
rum futuram incolumitatem & vitæ pro-
longationem, quo fine etiam remedia e-
largiri & exhibere Divinæ Providentiæ
placuit.

His per ſolidas Rationes allatis & ad
Lydium genuinæ Experientiæ Lapidem
approbatis, *Chymica noſtra Pharmacia* a
omni Adverſariorum noſtrorum ſu-
gillatione vid. quòd *Materia Medi-
ca* ſit nimis Calida, Cauſtica, Periculo-
ſa &c. abſolvitur. Nunc deſcribam di-
rectam Methodum Morbos difficiles
*Legitimæ & Sinceræ Artis Chymicæ au-
xilio ſcienter & ritè* percurandi.

Primaria Indicatio ſive Scopus, ad quē
ἀσκαρδαμύκτως (incon̄ivis oculis) oportet
benè inſtructum Medicum reſpicere, eſt,
in vigore conſervare, pacificare Archeū
vel Vitalem Spiritum, eidem indulgere &
gratificari, cùm ſit Architectonicus Pri-
mæ noſtræ *Structuræ* Suſtentator, In-
columitatis conſtantis Conſervator, Au-
ctor Sanitatis noſtræ & Ægritudinis, à cu-
jus conſtituione vel Benè vel Malè ſit
Copori. D Ἐνορ-

Ἔνορμον hoc Hippocratis ſuo Impulſ[u] reliquas rotas omnes impellit. Si Dy[ſ]ſphonia in Vitalis hujus Aëris Sphær[a] contingat, protinus diſcrepantia in O[r]bibus Microcoſmi Inferioribus exſurg[it].

Secunda Principalis Indicatio e[ſt] *Ablatio* Internæ Efficientis Cauſæ & E[x]ternæ Occaſionalis Irritantis Materiæ, quæ diſturbat Archeum & in Enorme[s] Paſſiones ac Perturbationes conjicit.

Hæc ſunt duo Crura, quibus Thera[peutica] peutica ingreditur. Si unum horum de[ſ]ſit, profectò Mutila eſt.

Quodcunque auget Eutoniam ve[l] Robur Spirituum Vitalium, illud oporte[t] habere ſimilitudinem cum Natura & Symbolizare cum iisdem Spiritibus, quan[]doquidem ſimile promptè unitur cum ſimili, & intimè ſe mutuò amplectuntur. Eſſentialis verò ſcientia, quâ Compar Ar[]chei adinvenitur, inferiùs exponetur.

Spiritus Vitalis eſt tenuiſſimum puriſ[ſi]ſimum Ætherenm *Gas*, ortum ex ſan[]guine, perpetim circulatũ in Venis & Ar[]teriis, Lucidũ, Virtute Vitalis cujusdam Fermenti in Siniſtro Cordis Ventricul[o]

pro-

roductū, texturæ Salino-Balſamicæ, cu-
is fulgore tuculento omnes Spiritus re-
enerantur (de integrô generantur) dif-
ſum per univerſum corpus, quod inde
ucem & Vivacitatem ſuam accipit.

Originalia rudimenta humoris, ex quo
rimitus emicare & gliſcere Spiritus inci-
unt, ſunt in ſtomacho, ubi quicquid eſt
digeſtum diſſolvitur (vi Fermenti par-
m ingeniti, partim ex Splene vel Arte-
s illuc derivati) in Chylum Albicantem
cidum. Qui per Siniſtrum Ventricu-
Orificium means in Inteſtina, Duode-
num, Jejunum, Ileon, ibi convertitur
à Bilis lixiviali temperatura cum Acido
ſtâ) in Texturam Salinam, & vocatur
hymus. Depuratior hujus Succi pars
vehitur per inviſibiles Inteſtinorum
ros in Venas Lacteas (*or Milky Veſ-
s*) in quas tum exſugitur tum per Mo-
n Inteſtinorum Periſtalticum impelli-
. Hæ Venæ Lacteæ deferunt Suc-
m iſtum Lacteum in Pancreas Hepatis
vum, per cujus Canalem decurrit ru-
ire tinctus in dextrum Cordis Ventri-
um, inde expellitur in Arteriam Pul-

monalem divaricationes ſuas per Pulmo-
num ſubſtantiam ſpargentem, ope Con-
tractionis Cordis, tunc recipitur à Ven
Pulmonari & delabitur in Siniſtſtrum
Ventriculum, ubi Vitali Cordis Fermen-
to imbutus exaltatur; Factâ verò ejus Sy-
ſtole propulſus hic Spirituoſus Liquor
in omnes partes Nutritioni, Generation
Senſui ac Motui deſignatas defluit.

Planum hinc eſt, quòd Principalite
Sanguinis Elaboratio fundetur in Stoma-
chi εὐπραγίᾳ vel κακοπραγίᾳ, à quibus o-
mnes futuræ digeſtiones dependent: Ita
ut, ſi Chylus ſemel depravatus fuerit in pri-
mâ Officina, Chymus & Succus Lacte
nequeat ullo modo corrigi in ſecund
vel tertio Laboratorio: Conſequente
neque ſanguis & ſpiritus laudabiles fa-
bricari poterunt. Nam qualis Chylus
talis Chymus, Lacteus Liquor, *Latex*
vel *Lympha*, *Cruor*, Sanguis
Spiritus. Quandoquidem igitur tam
Concatenatio, Connexio, Filum conti-
nuatum Maſſa in Stomacho Albificata
Balſami in Corde rubificati & ſic extre-
marum quoque partium eſt: Quilib

Doct

Doctus genuinus Medicus debet eſſe ſolicitus de Nobilis hujus Partis Digeſtione & ordinata Oeconomia, ut Sauguis defecatus & Spiritus puri queant progenerari. Quapropter nequaquam intra corpus aſſumendum, quicquid ullo modo offendit Archeale Fermentum Stomachi, vel ejus Tonum debilitat. Quodcunque eſt Crudum, Feculentum, Corruptum, Rancidum, Torminificum, Corroſivum, eſt vitandum, Activa verò, probè purificata, ἐυμετρα (juſtâ proportione contexta) ἔυκρατα, (exquiſitè mixtà) ἐυωδίαν, fragrantem odorem ſpirantia, cum Membranoſâ Viſceris hujus texturâ Sympathizantia, Benigna, Blanda & Antidotalia ſunt aſſumenda, ut Puri, Immaculati, Lucidi Spiritus poſſint ex Vitali hoc Balſamo enaſci & multiplicari.

Probè rectificati Liquorum potenter penetrantium Spiritus ſemper & ubique ego deprehendi multum conferre ad finem antea propoſitum aſſequendum tendenti. Quippe aſſumpti non illicò toti in Stomachum deferuntur, ſed pars illorum in vaſa abrepra ex tempore ſub-

volat in Cor & Cerebrum, Univerſum ſic corpus fuit invigoratum, Vitales Spiritus in Momento aucti & illuſtrati: Præterea Materia Peccans diſturbata profligataque fuit per Sternutationem, Expectorationem, Sudationem vel Tranſpirationem: Per quasdam Cutis Efflorefcentias, v. g. Puſtulas, Pſydracia, Lentigines, Maculas, Bubones &c. Per Alvum vel Urinam. Veritas hujus rei, ut antea dixi, confirmatur ab illis, qui longis & periculoſis Itineribus confectis, ex gravibus Morbis quales Porrigo, Calenturæ Anglis dictæ &c. convaluerunt ab uſu fortioris illius potus, quem *Puneb* vocant; Quum prius inſtar ovis porriginoſæ toti quanti propter *Inſulſam Extenſam* Curationis Methodum, quam Amentes Galenici Credulo Orbi inculcârunt, per Refrigerationem & Humectationem Juleporum ſqualerent. Uſque adeò Dogmatiſtarum horum Auctoritas tyrannidem ſuam aliquot hactenus ſecula in genus humanum exercuit; imò etiamnum apud nos quidam affirmare audent, quòd Milliones hominum per-

er hanc Abſurdam Doctrinam de Ca-
factione in Morbis Frigidis & Refrige-
tione in Calidis perierint. Semper e-
m docta quædam & ſubtilia exiſtunt
genia, quæ Fallaciam Theorematum
l Axiomatum Medicorum ab ipſis tra-
torum Abſurditatem retegunt, & eo-
m Jurulentis apozematis, Mixturis fe-
lentis & perp .ram inter ſe confuſis, In-
utiferis, Invalidis Compoſitionibus pro
riptis, dant potius in Febribus Selectos,
tos, ſalutares, benè præparatos & effica-
s Liquores. Notatu dignum, quod Do-
us, quidam Nobilis aliquando mihi re-
lit, ſe Curatum fuiſſe à Febre Malignâ
r *Spiritum Vini* benè præparatum in
gâ quantitate ſumptum, Cùmque Me-
odici Collegii Doctores ipſi Exitium
eo minarentur, fecerunt ut deſiſteret,
l ſaltem uno die, & aſſumeret Tempe-
tiores Præſcriptiones, quorum verò
a Vitæ periculum incurrit, niſi ad prio-
m Spirituoſum Liquorem ſuum iterum
ſſet delapſus.

Meo ſi ſtes Judicio, melius eſt utpluri-
um Curare Febres Methodo Nauticâ,

quàm ad inveteratam Conſuetam Me[illegible]
camentorum Qualitatibus ſuppoſiti[illegible]
Superſtructorum & in Diſpenſato[illegible]
Londinenſi deſcriptorum Exhibition[illegible]
recurrere.

Malè nunc obſervatur Hippocra[illegible]
θώρηξις, conſtans moderata Potenti[illegible]
Liquorum aſſumptio, omiſſis Brodi[illegible]
Coagulis, Pulmentis, Phlegmatic[illegible]
apneumatico Seri potu, longè plus va[illegible]
bit ad exſtirpandas Febres, quàm πολ[illegible]
μιγία illa, Farrago Supernumerarior[illegible]
Ingredientiū mutuo accumulatorū ſi[illegible]
diſcretione vel ſeriâ conſideratione c[illegible]
gruitatis unius cum altero, ſine ſeparat[illegible]
ne pretioſi à vili per Pyrotechnicam [illegible]
juslibet Concreti Analyſin, quâ violen[illegible]
& Ferinæ facultates rei alicujus mitigāt[illegible]
cicurantur, & Conſtitutioni noſtræ [illegible]
micabiles redduntur, ſingulares item M[illegible]
dicinales Dotes aliorum Concretor[illegible]
explicantur, exaltantur, graduantur, T[illegible]
reſtrium Impuritatum compes, Activi[illegible]
tis eorum ſufflamen, exſolvitur.

Hæc qui Experimentaliter Intellig[illegible]
nonne maluerit in repentinâ *Lipothym*[illegible]

vel Spirituum Defectione confidere *Analepticæ* vel *Refocillativæ Vini* boni aut ritè deſtillati *Spiritus Vini* efficaciæ, quàm *Diaſcordio*, *Theriacæ Venet. Londinenſ.* vel alicui alii eorum Confectioni, *Electuar.* vel diverſis Potionibus?

Non poſſum aliter quin credam Benignum Creatorem miſeræ hominum Conditionis deterioratæ per doctrinam Galeni (qui nunquam vidit *Aquam Vitæ*; Quapropter & Poſteritati Remedia ejusmodi Limoſa Nauſeoſa Ἀργὰ Ἄχρηϛα tradidit) miſertum in hâc ultimâ veſperaſcente, Decrepitâ & Infirmâ Mundi Ætate per os Nautarum & Ruſticorum detegere voluiſſe uſum excellentiſſimorum horum benè Deſtillatorum Spirituum, quos *Thermologiſta* ac *Pſychrologiſtæ* illi (Collegium Delirantium Diſputatorum de Morbis Calidis ac Frigidis, requirentibus, ut ipſi dicunt, ut Inſtrumenta contrariarum qualitatum tunc applicentur, negligentium Eſſentialem Naturam & Curam Radicalem Morborum) ſuppreſſerunt in Infinitum Morta-

lium Detrimentum per aliquot annorum Centurias.

Nunc Æger Egenus citra nimiæ Sanguinis Exæſtuationis formidinem Thermologiſtis iſtis incuſſam, confidenter haurire poteſt modicam Vegetabilis Spiritus Portionem ad miraculum interdum Spirituum animalium paucitatem valentis augere, eosdem quoque exarmantis ad excludendam aliquam Spurii Humoris Corpus inſtar Spinæ lateri infixæ offendentis partem. Nunc Ruricolæ æquè ac Nautæ Spirituoſos hos Liquores aſſumere poſſunt ſine hæſitatione certi, quòd ſitim ſuam queant ſedare, Febrium Ardorem mitigare, Intenſum delirium arcere, & quietem procurare idq; ad confuſionem δοκησισόφων inſulſorum & Ineptorum Galenicorum σατρος ſui ſ Præceptis gloriantium. Apage igitur Scurrilia iſta nugamenta de Calido & Frigido, qui Curæ alicujus Directionem ſuſcipis: Adeſto ſtudium applicandi ea, quæ Accidentibus hiſce ſe opponant & prævaleant; Quandoquidem evidens eſt omnes conatus reliquos eſſe fruſtra-

neos,

neos, niſi Vitalis Spiritus ad exterminandam occaſionalem & exſtimulantem Caloris & Frigoris cauſam animetur.

Stante igitur firmiter demonſtrationis hujus Fundamento, quod Spiritus omnium optimè vigorentur ac multiplicentur per Spiritus, cum quibus ſymbolizant, oportet nos eſſe ſolicitos de eorum præparatione, quæ Archeo acceptabili proportione reſpondeant.

Frequenter vulgares Chymici ampullantur, quòd nôrint conficere talis modi Spiritus vinoſos, qui in notabili quantitate pulveris pyrii glomum accendere & in auras penitus diſplodere polleant. Id aſſecuti putant, nihil amplius in Philoſophia noſtrâ reſtare.

Verùm omnes hi Spiritus, ſi quis seriò & exactè ut cordatum Medicum decet, illos examinet, præparati ſecundum communem modum, etiamſi videantur rectificati, tamen continent in ſe adhuc occultam Impuritatem, clandeſtinam aliquam ſaporis maximè ingrati Adverſitatem. Spirituum noſtrorum Vitalium Guſtui perceptibilem. Attamen diffi-

culter à Plebejis Deſtillatoribus alterum ab altero poteſt diſtingui, ſaltem periti intelligunt differentiam & felicem effectum ejus, quod realiter eſt purificatum & quod tale ſaltem videtur. Ut Spiritus Vegetabiles ſcienter queant tractari, decet Naturaliſtam Pyrotechnicè eos anatomiſare, ut poſſit deprehendere, ex quibus partibus conſtent, & quibus uſibus ſe commendent.

Juxta noſtram Philoſophiam Aqua Vitæ poteſt extrahi ex omnibus Herbaceis Plantis i. e. Gramine, Foliis, Frondibus, Lolio &c. quæcunque Alcali quoddam Sulphur, & aliquas occulti ſubacidi cujusdam Salis particulas continent, facilè in acetum convertendas, ſi cum Tartarea Materia fluidum conſortium ineant. Alcali vinoſum & ſulphur mutuò exaltata in Spiritum Balſamicum abeunt magnarum virium ad res à corruptione præſervandas. Sumptus ille intra noſtrum Corpus immediatè mutatur partim in Vitalem Spiritum & actutum per vaſa ad Caput & Cor devehitur, partim Acorem in Stomacho induit pro recreatione vel

emen-

emendatione Fermenti; Similiter prævia Diſpoſitione in ordine ad futuram alterationem in Inteſtinis in Alcali volatile per Facultatem Bilis eliquantem ſive Smegmaticam cõvertitur. Deinceps transmittitur ad renes, ibi per Fermentum peculiare inſitum in Sal Urinoſum transmutatur. Demum aliqua portio deſinit in Liquorem Inſipidum, quem *Laticem* vel *Lympham* vocamus. Sal & Sulphur Plantarum hoc eſt, quod reddit Spiritum plicabilem, ſubactilem vel mutabilem (ſuper alia ingeſta) in hanc vel illam formam, prout Fermentis cujusque Officinæ Digeſtoriæ placuerit. Præterea Spiritus Plantarum, ſi dextrè & exercitatâ manu fuerit confectus, aptus eſt ut omnibus partibus Continentibus & Contentis aſſimiletur, relicto poſt ſe pauco vel nullo excremento: Fermenta itidem refocillat, & exorbitantia quadantenus in orbitam reducit. Impensè tum Fermentum Digeſtivum Acidum in Stomacho tum Alcalicum in aliis partibus (Inſtrumenta nimirum formalis Transmutationis) meliorantur & Spiritus confe-

ſtim augmentantur acceſſu Liquoris hujus ad ſenſum Homogenei.

Quò vero Liquor hic Spiritibus Vitalibus tàm acceptabilis pleniſſimè purificatus obtineri queat, Prudenti Artiſta iteranda eſt ejus Ablutio cum illiusmodi corporibus, quæ ſunt texturæ ſaponariæ ſicque omne viſcoſum, glutinoſum & gummoſum detergunt & expurgant. Secundò frequenter Deſtillandus eſt convenienti calore: Pro additamentis ſeligantur ejusmodi res, quæ in fundo Vitri detineant ingratam καρυβαρικὸν inebrians nocivũ Sulphur, & è contrariò dimittant quicquid Naturæ acceptum, Innocens, in deliciis eſt, Caput, Membranas & Nervos corroborat. Unde id eſt adjiciendum quod valeat obtundere vel hebetare occultum aliquod immite Acidum in Spiritu latitans, quod edulcare, oblinere, vel introvertere qualitatem aliquam roſivam in Alcali deliteſcentem, & Gas Sylveſtre compedibus velut injectis ſubjugare, ut agilitatem ſuam exerere non poſſit: itemque aſperitatem omnem lævigare & quaſi expolire queat.

Qui-

Quicunque hujusmodi Spiritum acquiſivit pedibus ſuis conculcare poteſt omnes *Galenicorum* mordaces, malitioſas, & ſugillatorias criminationes, quòd Spiritus Vegetabiles nimis ſint Calidi, Inflammatorii, Humidi Radicalis Depredatorii, Deliriorum Auctores, Vitæ Abbreviatores; omnia enim hæc convitia in ipſorum rudes præparationes, quibus Aquam Vitæ conficiunt, convenire certus ſum veritate confiſus.

O Miſeræ & Ignaræ mentes (docti licet viri) quod non calleatis genuinam Liquoris tàm vulgaris, & ob uſus ſuos inſignes Plebi etiam celebrati & in officinis Trivialibus venalis Manufacturam. Qui probabile eſt vanos iſtos Thermologiſtas i. e. Ardeliones circa Calidum & Frigidum, poſſe judicare de Effectis vel Operationibus Chymicorum Experimentorum altioribus, cùm ignorent commodam ac facilem Spiritus Vini tractationem. Provoco ad aliquem Intelligentem Cordatum Philalethen, num iſti fabricandis vel excudendis Superioris Claſſis Remediis ſint pares, qui egregiè

adeo

adeò hæc Inferioris perveſtigarunt. Mi-
rum hinc non eſt, quòd tàm meticuloſi
ſint, dum offerunt Ægrotanti aliquid
quod tenuium partium eſt, Pungitivum
Penetrativum vel Excitativum faculta-
tum naturalium, formidant nimirum, ne
caloris gradus tranſcendant. Quoniam
ipſi exhibent ſtercus cum Bellariis, cum
Minerali Realgar, Virulenta Spicula cum
Melle; Fidelis verò benè fundatus Natu-
ræ Myſtes Pravum Sequeſtrat, Reſervat
Bonum, quod ſecurè poteſt indulgeri
Infirmo (abſque curioſa menſuræ vel
ponderis obſervatione) decem vel plu-
ribus; Prorſus credo maximam miſe-
riam, Peſte, Bello, Igne &c. pejorem
homini advenire ab his Galenicis, qui in
falſas ſuppoſitiones iſtas proruunt ſciri
ſe, Galeno Pharmacia ſua ſufficienter in-
ſtructa ſit omni apparatu, qui ad perfe-
ctam & completam Medicinam requi-
ratur.

Hoc dum temerariè potius, quàm in-
conſideratè Mundo ſuggerunt, horren-
dum imponunt Credulis & Fortunâ ſi-
Favente (à quâ ad invidiam usque impru-
dente

denter proteguntur cum maximo Mortalium damno) perſuadent, ſe eſſe *Chymicos* expertiſſimos, omnesque alii nauci habentur, cùm iſti nunquam tàm Legitimi Artis Filii fuerint. Hi ſunt Spurii illi Chymiſtæ, quos ego induſtriâ nubibus tenebrarum ab ipſorum Philargyria, Ambitione, Malitia, Pigritia, Philautia &c. oriundis coopertos ſinam, ut nequeant cernere rectam præparandi perfectè Spiritum vegetabilem methodum.

Comparata ſecundum optimas Pyrotechnicæ noſtræ Philoſophiæ Regulas Aqua Vitæ completa; Ptoxima cura eſt illam ritè diſpenſare, tantam ejus menſuram propinare, quæ proportionaliter reſpondeat Individuali Craſi, Conſuetudini & Vitæ Generi, Corpori ægri, defectioni Spirituum Vitalium, magnitudini & durationi Morbi, bonæ vel malæ exinde diſpoſitioni: Non prætereunda hîc Ardelionum iſtorum circa Calidum & Frigidum methodus, quam ſeverius reprehendere definivi, qui miſerè titubant, & extremum languorem in juſtâ propriorum ſuorum Remediorum quanti-

tate

tate extimeſcunt: Nam Galenicorum Præſes aliquis antehac non auſus eſt præſcribere ultra grana quinque Antimonii Diaphoret. in Febre: Alius ex eâdem Societate anceps verſabatur, num ſalvâ ægri ſalute poſſit dare quatuor vel quinq; Grana Bezoar Orient. vel ultra decem grana de CoccoBaphico, Cochin, ultra guttas duas de Spirit. C. C. ex metu nimiæ exæſtuationis &c. Quæ cauſa eſt omnis hujus ſuperciliosæ Mollitiei, quàm mera verorum Naturæ Principiorum Ignorantia, Aberrationes circa Ægritudinum noſtrarum Cauſas, Indiſcreta Materiæ Medicæ, quæ illis ſubigendis debebat eſſe habilis, Manufactura. Si ipſi propriis Manibus experimenta facerent, Ocius bene præparati remedii præbium ejusque efficaciæ amplitudinem addiſcerent; quod exigua etiam quantitas oppropriator congruorum analepticorum vel reſtaurativorum deſideratum effectum exerat, eademque multiplicata ultra quinq; ſex, ſeptem, ad duodecim partes realiter non lædat aut noceat, ſed longè magis naturalem vigorem confortet. Nam ſi

Male-

Malevoli iſti doceri ſe paterentur, non àm indignè ac temerè cenſerent Stoma-hicam meam Eſſentiam, *Elixir meum, Balſamicam Tinctur. Polyaceam* &c. uòd ſint præternaturam calida.

Evidenter inde apparet, quod nequa-uam Adeptus quis, præterquam quod ndubiè, conſtanti ore & Rectâ mente di-ere queam Ἕυρηκα i.e. Inveni, definire oſſum & adaptare juſtam doſin, pondus Menſuram Remediorum languenti-us Spiritibus convenientium, eosque ad eſtruendam Morborum renitentiam rmantium.

Quapropter Ægroto vinoſum Liquo-rm Averſanti plus eſt indulgendum, & rendum ut minus imbibat, idque cum quibus rebus aliis gratioribus. Qui ſuefecit ſeipſum parcius bibere, non eſt gendus, ut tantum aſſumat, quantum quis frequenti Vini compotatione uſus c. Συλλήβδην Liberalius Vegetabiles ctivas has Particulas Ægro illi ſumen-s imperet, permittat, cujus Spiritus ſunt biles, & Morbus validus, valdè mali-us &c.

Quin-

Quinque vel Decem Præbia ἀεξιφ[...] Medicinæ fermè ſufficiunt in quibusda[...] caſibus, quando mutato priori ſtatu ſi[...] gulæ exhibitiones Naturam in Hoſte ſ[...] forâs ejiciendo promptè juvant. Confi[...] mati, & Diu radicati morbi perſequen[...] & cogendi ſunt largiori quantitate ſæ[...] repetitâ; tales ſunt Peſtis, Febres Peſ[...] lentiales, & quicunque morbi, in quib[...] multum τῦ θεῖυ illius Hippocratici, i.[...] Venenoſæ malignitatis deprehenditu[...] Ubique melius eſt copioſiorem qua[...] parciorem proponere doſin, quando I[...] ſtrumenta, quæ applicantur, à nobis co[...] fecta penitus ſunt tuta & ita ſalutifera, [...] admittant extenſionem non facilè no[...] vam. Ordinariè fortiores Spiritus n[...] ſunt absque notabili cautione largius ſ[...] mendi, iique probè correcti per quæda[...] Adjuncta, ut Saccharum & grata Aci[...] Nam continent valdè virulentum c[...] dum Sulphur, mixtum cum Sale corro[...] vo Stomachum, Nervos, & Membran[...] præternaturalem calorem producen[...] injuriosè cædente: Ita ut non conclude[...] dum ſit puros & benè correctos Spiri[...]

Pla[...]

lantarum gravia iſta Symptomata ex-eſſivum v. g. Calorem Ardorem &c. uſcitare,ceu Thermologiſtæ iſti objici-nt;ſed ipſorum incautam & ineptam per .φιλοσόφυς in Arte noſtra Idiotas Præ-arationem,itemque temerariam in Ven-riculum ingurgitationem effuſiori quàm onveniebat,menſurâ.

ExVegetabilibus præter Aquam Vitæ xtrahi quoque poſſunt certa quædam alia Eſſentialia,arcanam cum Spiritibus italibus concordantiam habentia,quo-um quædam Specificas pro certi Mor-orum generibus curandis dotes in ſe ondunt. In genere *Salia* hæc abſter-gunt Excrementa Glutinoſa, Viſcoſita-es attenuant, edulcant Aciditatem præ-ernaturalem, Archeum animant, adju-ant Digeſtionem, partes omnes robo-ant,Urinam, Sudorem, Expectoratio-em promovent. Debent autem hæc pſa accuratè præparari uſibus Medicis, lioquin expectationem fallunt (fru-ſtrantur) Compendioſiſſimam & præ-entaneam maximè illam methodum, ſi pars Sulphurea vel Oleoſa ſeparetur à

Con-

Concreto hocque poſtmodum in pr rum volatile Alcali transmutetur: A ſolvitur id per Ablutionem, Digeſti nem, rẽpetitam Deſtillationem.

Tantum de Jatricis Virtutibus Spi tuum & Salium ex Vegetabilibus petit rum, prout quatenus cum Principiis no ſtris Vitalibus habent Affinitatem. Nu progrediar & oſtendam, quæ propinqu tas Spiritibus Vitalibus intercedat cu Alcali ex Animalibus prolecto.

Secundum Experimenta Pyrotechn ca deprehendo, quòd omnes Homin partes ipſa quoque Excrementa abun dent Urinoſo Alcali, in ſpecie Oſſa, San guis & Urina. Ex ſingulis verò horu per Deſtillationem elicitur Alcali vel Sa Urinoſum valdè diſſimile, imò differen in ſuis Effectibus: Nam juxta Helmon tium Spiritus Sanguinis prodeſt contr Epilepſiam. Spiritus Urinæ nullaru adverſus eandem virium eſt. Similite animadverto Spiritum vel Sal Oſſium il liusmodi effectus edere, in quibus prædi cti duo deficiunt: Etiamſi iſtos ita quea præparare, ut neutrum ab altero Sapore Odore, Calore diſtinguere liceat.

Multos benè annos operosè ſatis & Caput & Manus hæ meæ fuerunt occu-atæ,ut perveſtigarent, quidnam dire-tam cum Principali Agente in corpore oſtro,Plaſte unico,Sanitatis & Morbo-um Auctore,paritatem & ſociabilitatem btineret. Poſt multas & ſerias Con-mplationes cum ἀκριβῶς inſtituta per pticalem Analyſin diverſorum Con-etorum Examinatione nihil magis ne-otio meo conveniens deprehendi,quàm ubtiles Salinas illas particulas ex certo-um Animalium Cornibus, Oſſibus, entibus, vel Stercoribus Sale Volatili undantibus extractas & collectas: Ve-m enimverò obſervabam demum Salia olatilia vel Spiritus ex diverſis corporis umani partibus prolectos omnibus lon- maximè præferendos eſſe pro Aug-entatione & Vigoratione Archei. anc in ſententiam adducebar iudubita- Axiomatis Philoſophici Auctoritate: *mile ſimili gaudet*, It. *Iisdem nutri-ur, quibus conſtamus*. Præterea in-tutum meum confirmabitur ab Eſſen-li Conſtitutione Vitalis Spiritus vid.

Salina

Salina ſuffragante Philoſopho noſtr[illegible]
Eſt ipſe Spiritus Vita de Natura Sa[illegible]
Volatilis & Salinus v.p. 136. Sextupl.D[illegible]
geſt. Vitalis ſcil. Spiritus natura conv[illegible]
nit cum Alcali Volatili. Et in Tr. B[illegible]
Human. p. 113. ait: *Per motum nempe*[illegible]
Sanguinis non quidem Acid. ſed Sa[illegible]
extenuatio, neque ideò in pinguedine[illegible]
ſive Butyrum vertitur, ſed in Spiritu[illegible]
Vitalem de Salis adeoque de Balſami n[illegible]
tura. Sic *Pag. 443.* idem *in Tr. Aura V*[illegible]
Eſtq; ideo Spiritus Vitalis Salſus vici[illegible]
orque Spiritui lotii quàm Sali-pet[illegible]
Membro ſemel ſtupefacto ſi ſenſus re[illegible]
erit, id ſanè cum ſenſibilibus ſtimulis[illegible]
punctionibus fit, quæ & veræ Salſedi[illegible]
ſunt indicia.

Ab hâc Texturæ in Spiritu Vitali Sa[illegible]
næ conſideratione contuli me ad elab[illegible]
rationem Alcalium ex Microcoſmo: I[illegible]
verſas hinc partes exenteravi, & per [illegible]
rotechniam illarum Volatile elicui, qu[illegible]
frequenti depuratione, iteratâ decies [illegible]
undecies cum addito ſingulis vici[illegible]
congruo Mundificante deſtillation[illegible]
continuata per ſeptimanas tres vel M[illegible]

emDigeſtione exaltare & nobilitare ſtu-
ui. Inde factum eſt, ut aſpera, rigida, &
cida quædam qualitas occultè in illo de-
reſcens corrigeretur per addita illa, quæ
andem obtundunt, infringunt, deſcobi-
ant, pumicant, lævigant, edulcant, dum
melicum ipſorum appetitum accepto
Nutrimento ſaturant, ne tam acriter cor-
us deprædentur: Scilicet volatilium iſti-
smodi alæ irretiendæ & detondendæ
nt, ne altius juſto evolent, vel nimiâ a-
litate inſtructa, ultra exaltationis termi-
os provehantur, per intermixtam exi-
uam Salis Tart. volatilis portionem, uni-
m cum puro vegetabili Spiritu.

Præparato Liquore hoc ſummè clari-
cato, deprehendi admirabilem ipſum
abere conformitatem cum Spiritibus, &
mbolizare cum noſtris Principiis Vita-
bus, ita ut τὸ ἔνορμον, illo avidè abſorpto,
rotinus corroboratum majori vi & im-
etu expulſionem Hoſtis, Territorii ſui
nvaſoris, adoriatur. Realis hæc eſt *Poly-
céa*: Si amplius evehatur proximè ad *Pa-
aceam* accedere poteſt. Neque verò
efecatiſſimæ activi & fluidi hujus Cor-

poris Atomi illicò in Stomachum appe-
lunt, ſed portio quædam actutum abſo-
betur vel abliguritur ab Archeo prô ſui-
met Corroboratione: Pars à naturali A-
chiatro adhibetur pro exturbatione om-
roſorum, irritativorum, peregrinorum, ...
Apoſtatarum humorum, abſolutorũ Vi-
hoſtium per omnia Emunctoria congru-
Quo natura vergit, ſive jam libitum ip-
fuerit per Renes, Inteſtina, ſive per O-
Aures, Nares, ſive per Poros Cutis, ma-
gna iſta & cadaveroſa Excremẽta in Ce-
tro hoſpitantia, penitus extra Corporis L-
mites vigoroſo cum impetu exterminar-
Adde quòd Archeꝰ, hoc conSymbolizã-
Alcali cõfortatus; illo ipſo ceu Inſtrumẽ-
utatur, quo edulcorat, quod eſt Acidũ; qu-
lævigat, quod eſt aſperum; quo, quicqu-
mordet, aut rodit, mitigat & ſupprimi-
quo regulares Spiritus in ordinem redi-
cit, exorbitantes verò & Sylveſtres expl-
dit; quo Fermentorum vitia vel *obliqui-
tates* corrigit, ne pergant ſimiles vitioſit-
tes progignere; quo vaſa, congelato San-
guine vel viſcoſo, calculoſo aut pituo-
Phlegmate infarcta, per attenuationem
diſſ-

diſſolutionem, deterſionē & expurgationem deobſtruit; quô denique interpolat & confirmat uniuscujusque partis Tonum.

Tunc nimirum Natura egregios & raros ad uſus ſe accingit, quando à Conſorte animatur; pari, quando illum habet comitem, qui ejusdem ſecum eſt Proſapiæ i.e. Salinas iſtas particulas primitùs in Stomacho fabricatas, & in Inteſtinis deinceps magis depuratas & diverſis Maſſæ hujus Carnoſæ uſibus deſtinatas, ſpecificatas. Non verò hoc titulo venit Alcali vulgare Galeno-Chymicis uſitatum, quod ſufficienter ſatisfacere queat perito Chymico ad aſſequendum prædictum finem. Quamvis non ignorem optima, quæ ipſi poſſident remedia, eſſe Spiritus Volatiles ex C.C. Sale Ammon. & ebore extractos. Etiamnum oportet me ipſis omnibus annunciare, ſi deſideraverint inſtrui in Arte prout eſt Scientifica, demonſtrare poſſum, quòd ipſorum Spiritus C. C. vel Sal. Armon. neque ritè correcti neque Clarificati, ceu debebant, ſint: Et ob hanc causā non ita amicabiliter Spiritus Vitales

illos amplexantur. Non mirum inde & cauſæ ſatis ſubeſt, cur quidam nimirum calorificos iſtos pronuncient &c. Quapropter etiam dant eos ad Scrupulum ſaltem, rarò ultra Scrupulum; Quàm, ſi manu Legitimi Chymici fuerint præparati, nullam habeant proprietatem pravam, ſed ſine minimo periculo in largâ quantitate ad Morbos vehementes, Acutos & Diuturnos infringendos queant convenienter adminiſtrari: Aſſerti mei confirmationem hanc do, ſi DN. D. *Williſio*, qui multum Volatilibus hiſce tribuit, placuerit tantæ Ingenuitatis eſſe, & experimenta hujus capere; Ego ordinabo Spir. C. C. tam artificiosè, ut absque pondere vel menſura ejus ego auſurus ſim curare Ægros majori longè cum ſucceſſu, ſecuritate & guſtus delectatione, penitus *Alcali* hujus virtutibus confiſus, (quamvis ante multos jam annos illum ſepoſuerim interimq; Remedia excellentiora longè in meam poſſeſſionem devenerint) quàm ipſi cum ſuo impuro & imperfecto Spiritu ex hujus generis corporibus deſtillato.

Alcali

Alcali ex Oſſibus Humanis oportet me commendare tanquam admirabilem Medicinam utiliſſimam & ad internos & externos Corporis affectus, ſi manu Philoſophica fuerit elaboratum. Veruntamen rarenter tàm perfectum aliquod & Regulis antea deſcriptis accommodatum offendi, quod, cùm ad probam ventum fuit, tutò prorſus in Ampla Quantitate exhibere licuerit, vel effectualiter adeo Analepticam proprietatem vel Qualitatem exeruerit, quâ aliàs ejusmodo Volatila oportet eſſe dotata.

Spiritus Salis Armon. concinnè præparatus ut ultra mediocritatis Sphæram non moveatur, nec ſolutiùs ad exaltationis ſublime evectus fuerit, ſi eſurimus ejus appetitus quadantenus contemperatus, ſi aliquali ab impuritate liberatus, ſi cum Vegetabili Spiritu, cum quo ſimilitudinem habet, intimè maritatus fuerit, & Sale abſterſivo abundaverit ex ſingulari quaſi privilegio quodam, non parum valet ad confortandos & adaugendos Vitales Spiritus. Quod Alcali Volatile præ cæteris aliis aſſimilari ſoleat Spiritibus Anima-

 libus,

libus,eſt certum. Quamvis & Acidi Spiritus, ſi dextrè præparati ſint, non careant eminenti uſu ad reſervandum Archeum. Quapropter acutæ & corroſivæ eorum particulæ ſunt obtundendæ, viſcandæ, immundum *Sulphur* expurgandũ, quicquid in ipſis bellum & elegans, extravertendum; quicquid groſſum, rarefaciendum; quidquid mineralem, ingratum, immitem & extraneum ſaporem adfert, rejiciendum; odor pravus emendandus, omne retrimentum ſegregandum, & demum ipſe per frequentem Deſtillationem cum Alcali defecato copulandus eſt.

Talismodi Acidum multùm ad ſanitatem confert, Gratiſſimum enim eſt Stomacho & benignum Appetitum ſuſcitat: Præternaturale Fermentum, ſi quod adeſt, corrigit; fovet quicquid eſt genuinum; Hujus virtute fracida, putida, Salina & Spuria in ſtomacho ſtabulans materia extremam ſitim producens, edomatur, atteratur & expurgatur. Spiritus Vitales Alcalicas Atomos ſibimet ipſis ſumunt (conciliant, arripiunt) Acida verò cor-

puſcu-

puſcula alius Formę impreſſionē in ſecunda Digeſtione ſubeunt, ubi, transmutante Bilis illuc appulſæ facultate, alius ſucci naturam, accipiunt, ab Aciditate exſolvuntur, & penitus in abſterſivum Sal abeunt, quod promptè per Renes tranſiens Urinoſam Naturam inducit, & copioſam Urinam fundit: In aliis officinis purificat Sanguinem & Laticem, altè penetrat, egerit, & eliminat per univerſam cutim ſuperfluitates.

Miror Galenicos, qui ſe ipſos pro Chymicis venditant, quod auſint in Julepis vel aliis Mixturis ſuis tàm malè præparata Acida propinare, quæ & à continentium & Contentarum partium conſtitutione quàm longiſſimè ſunt aliena, nec ullam cum ipſis concordantiam intercedentem habent. Sortis hujus ſunt oleum Vitrioli, Sulphuris, vel quicquid denique καταχρηστικῶς Spirituum horum titulo ab ipſis inſignitur: Sunt enim hæc talia, exedentia, mordentia, corroſiva, & mortificantia: Liquores hi merè acetoſi, aſperi, rigidi, auſteri, ſtyptici, ingrati, crudi, im̄ites, anomali, & nullius bonæ frugis,

manifeſtè clarum reddunt, quòd num-
quam à PhiloChymico quodam perito
fuerint confecti, pro illis ſcilicet uſibus
quos *Scribæ* noſtri *Dogmatici* ipſis adſi-
gnant: Conſultum enim illi ducunt, ut ad-
ſumantur in Febribus adverſus æſtum &
ſitim, quòd ſupponant, qualitatem frigi-
dam ſic induci, quam iisdem *Thermologi-
ſtæ* hi attribuunt: Non autem conſide-
rant, quòd effectus hic, quô paucæ gut-
tæ laneum vel lineum pannum breviſſi-
mo temporis ſpatio penitus peredit, ne-
quaquam poſſit oriri à Temperaturâ fri-
gidâ, vel primariâ quâdam qualitate, ſed
ab abundantia vel conglobatione acuta-
rum, Salinarum & ponderoſarum Parti-
cularum tanquam in coni formam con-
nexarum, quæ concentratæ, aliquod co-
gruum, cuſpidibus ſuis velut lace-
rant, ſcindunt, & lancinant. Quapropter
quamdiu Salia hæc hâc particularum po-
ſitione vel Textura gaudent, non poſſu-
approbare, quòd convenienter à peri-
Medico queant exhiberi: Nam ſunt Sa-
liquata vel ſoluta, hinc verò propulſa p-
ignem fortiſſimum priſtinum Origina-
opp-

oppidò retinent, pronaque ſunt, ut prom-
ptè reducantur in Sal nauſeoſi & ingrati
ſaporis.

Qui deſiderat acquirere Spiritum Vi-
trioli vel Sulphuris grati Saporis vel odo-
ris, Fermento Stomachi acceptum, ſine
difficultate in Alcali aliquod mutari a-
ptum, Impuritatibus per omnia congrua
ſordium emiſſaria eliminandis idoneum,
illum oportet Sulphur extravertere, hinc
igne valido radios ipſorum igneos dilata-
re, ut Luminoſi non verò urentes vel ar-
dentes evadant. Porro ipſis adimere
debet aciem ſuam exacuatam interven-
tu particularum expromptè ipſam ob-
volventium, quâ ratione obtuſa &
torpida corpuſcula allevantur, opaca
conſiſtentia exſplendeſcit, Spiritus noſtri
illum cum delectatione & gaudio am-
plexantur.

Porrò Spiritum Salis, de quo tot præ-
dicantur elogia, quem quidam tàm arti-
ficialiter præparare ſe poſſe plaudunt, re-
verà ego deprehendo inſufficientem &
laudibus imparem, ut vix nomen Spiritus
mereantur. Nã vulgaris Liquor Phlegma-

te abundat, parum Salinæ Materiæ co
tinet, & longè à genuino Spiritu diſtat,
quidem per evaporationē reduci pot
in corpulentum (ſubſtantiale) Sal. R
lis Verus Spiritus tam Volatilis eſt, ut ni
probè obturetur & occludatur, avolet
templò. Diſtillatus non adeò groſſ
relinquit ſedimentum, (☠) guſtum de
ctatione afficit, & tum ſtomacho t
Palato gratiam affert: Hincque verè M
dicinalis eſt. Hic requirit laborem,
poſtulat Analyſin corporis ſui Salis,
ſcretam per *Sulphur* aureum & Al
aliquod.

Opportunè hic reprehendēdi mihi co
veniunt noſtri Caleno-Chymici, qui
fundunt oleum Sulphuris tribus illis ſp
ciebus ex quibus Elix. P. P. conficit
quia ſupponunt hoc modo reſerari il
rum corpora, proprietatem pravam
qua adfuerit, corrigi & virtutem inſit
evehi, quum potius excellentes hu
medicamenti virtutes magis conclud
ut difficulter communicentur Menſtr
preſertim minus analogo, morſicante
acidam & roſivam Aloës & Myrrhæ qu

litate

ſitatem augent, Inſequitur Dyſcraſia partium ſpecies has caſtrans vel mutilans maſculè magis & perfectiùs operaturas, ſi vocentur & ſuſcitentur.

Si contemplemur rudem hanc *Elix. Propr.* Manufacturam & Elaborationem, non mirum eſt, veteramentariis his Chymiſtis ſæpius nebulam offundi in curatione ab hujusmodi imperfectis Inſtrumentis: Non mirum ſi queritentur, calidum nimis illum eſſe, intutum, inſalubrem, ceſphalalgiam inferre &c. Hoc ſi ſub incudem revoces, ratio eſt evidens ex ipſorummet deformata Praxi, qui ejusmodi Contumeliæ & Criminationes quotidiè per Chymicophantas hos, adverſus ſalutarem hanc viam afferantur, dum interea illi annoſas Falſitates exoſculantur, Divium æquè familia ac plebs ignena, inſtabilis & credula admirans Auctoritatem multitudinis Extraneæ, quæ pro Erroribus ſuis neminem habet, qui cauſam peroret, quàm Antiquitatem. Illa Impudenter, Fictitiè (Mendaciter) ſuggeſſit, quòd optima Remedia Chymica, accuratiſſimo licet Igne elaborata,

 ſint

ſint periculoſa, exceſſivè Calida, poſt ſe a-
culeum aut ſpinam relinquentia, nec præ-
ſcribenda, niſi juxta maximè præciſa
ipſorum Methodi Regulas, exactiſſim
pondere & menſura. Sic imponun
Prævaricatores hi ſimplicibus & perſua
dent, ſeſe poſſidere benè præparata medi-
camenta præ aliis: Cùm revera meri ſin
Philoſophaſtri in noſtra Sophia, ſi docu
menta ab ipſis exigas, præterea tenebr
miſerabiliter involvantur, non ſolū in me
chanico artificio conficiendorū optimo
rum & innoxiorū Medicamentorum, ſe
& in oblatione eorundem juſto ponder
& tempore ægro propinandorum. H
Chymicophantæ (ſi potius optarent e
ſe, quam videri) deberent profectò ſin
morâ (ἄπαρξ) ſerio ſcrutionio per Py
rotechniam in Eſſentiam & Quiddita
tem Concretorum inquirere, ut nimirum
extractam purā partem provehant & ex
altent per adjunctaNaturæ ejus conſenta
nea (aggregabilia) vitato omni noxioſ
Acido, bonitatem illius circumcident
imminuente & atterente. Quapropte
Maſſa *ex Aloe, Myrrha* & *Croco* reclu
dend

denda eſt per appropriatũ Liquorem *Alcaliſatum*, per digeſtionem liberè extrahentur depuratiores & refinatiores eorũ particulæ Spiritus cum noſtris Symbolizans, magnæ efficaciæ in Curationibus Periculoſorum Morborum, ſi proportionaliter pro gradibus Malignitatis exhibeatur.

Nota, quædam Acida, quibus concreta quædam ſubtiliſſimè pulveriſata infunduntur, videntur eadem radicaliter diſſolvere, & extraxiſſe ℞am profundè. Hâc Laborator tunc valdè ſuperbit, dum ſupponit ſe obtinuiſſe, quod avidè concupiverat: Quando verò demum ad teſtam probatoriam exigitur reverà duntaxat eſt fucus Liquoris, ortus à Sale reſerato à Diſſolvente tenuium partium Corpuſcula ex Diſſoluto acſorbente, quæ intimè combinata producunt hunc colorem. Salia hæc ſi in fluore conſerventur, particulæ Materiæ in fuſæ cavent, ne facilè diſcernantur, donec activitas Salis aliquatenus exhauriatur vel coagulatione factâ elangueſcat per Expirationem aut materiam injectam, derepentè Diſſolvens am-

plexantem, & actutùm ſeparationem inter illud & Diſſolutum efficientem, Palpabilis ita pulvis ad fundum præcipitatur, & color Liquoris reducitur ad illam texturam, quam priùs habebat.

Experimentum hujus facere inſtitui cum Zwelferi Spiritu *Veneris* ſuperfuſo oculis cancrorum, qui videbantur redacti in Mucilaginẽ, primum ſuum Eus, ſed coitione cum Alcali quodam factâ, redierunt in priorem formam Pulveris. Similis deceptio poteſt detegi in Spiritu Panis Coralliis affuſo, prout in diverſis aliis Acidis Diſſolventibus omnibus.

Poterat hoc ſufficere ad demonſtrandum, quòd vulgaria Acida neq; in Diſſolutione Concretorum radicali fida ſe præſtent nobis, neque præ ſe ferant ſingularis efficaciæ ſublimiorem dignitatem in Curatione.

Helmontius id propter hortatur seriò, ut accuratè & circumſpectè nos geramus, quando ex fixato Tartari Alcali nitimur præparare Volatile pro ſeparandâ & extrahendâ corporum meliori parte. Sine dubio magnum illud ſolvens (Alcaheſt)

omnium

omnium Concretorum *ex Sale Sulphure & Mercurio* conſtantium, qui pretioſum à vili poteſt ſeparare, idque ipſum in ſuâ integritate citra ſuarum virtutum diminutionem aſſervare, originem ſuam trahit ab Alcali combinato cum puro *Mercurio*: Decet itaq; Medicum quemvis quotidiè in hæc Salia curioſos immittere oculos, & quæ Naturæ Hominis amica & quæ violenter adoriuntur Vitalia in Materiæ Medicæ numerum recipiuntur, ut ſic poſſit virtus Sanativa elici, deſtructiva verò relinqui.

Cap. XI.

POſtquam Spiritus Vitales multiplicati fuerint per ſui ſimiles, ut animoſè & ſtrenuè queant hoſtem ſuum ſubigere: Similiter etiam ſunt pacificandi, in gremio quaſi ſopiendi, divertẽdi, comiter & blandè tractandi, gratiosè componendi indemnibus Anodynis, Sedativis, Jucundiſſimis & Speculativis oblectandi, lucidiſſimis Objectis, formoſiſſimis & venuſtiſſimis Ideis illuſtrandi.

Palmarium hoc *facinus* abſolvitur

per

per Sulphura Vegetabilia , Anima
lia & Mineralia. Nihil in hujus gene
ris actionibus melius eſt Sulphuribus Mi
neralibus,ad ſummam Entelechiam per
ductis; Quippe vix tàm celeriter in Sto
machum aſſumuntur, ac Vitales Spiritu
radiis ipſorum fulgidis refocillantur, ſua
vis ſequitur compoſitio, furor & æſtu
ceſſat,atræ & lividæ Mortis imagines abo
lentur,lucidæ & amœnæ Ideæ Sanitatis i
locum ſuccèdunt.

Vegetabilia Sulphura excellentes ſua
probant virtutes in curationibus,ſi libera
ta ab omni ſapore Empyreumatico , a
Acido peregrino immiti intus deliteſcen
te vel per oppoſitum aliquod additamen
tum edulcorata (in dulcorem alterata
vel per Artem curioſam ab eodem ab
ſtracta,elaborentur. Adde ſi abundent
copiâ Alcali volatilis & bono odore: A
lioqui Fermento Stomachi difficilem i
ſeparandâ ipſorum unctuoſitate, ut ſan
guificationi promovendæ ſint idone
dant laborem.

Hæc Salia Volatilia,in quibus hoſpita
tur graveolens 🝆ſus odor, nunquam

pote

poteſt eſſe acceptus Vitalibus. *Odores leoſi abſtracti à ſuis Concretis inquinando potius afficiunt, quàm materialiter in Arterias ſubeant. Helmont. de Fobb.* Quapropter admiror, qui nonnulli Chymicophantarum noſtrorum *literatorum* poſſint prætendere, tantæ ſe in noſtrâ ſophia eſſe experientiæ, cùm neſciant, quomodo rectificandus vel meliori odore imbuendus ſit Spiritus C.C. fuliginis &c. ut acceptabiles magis fiant & eſſe poſſint Animalibus. Quamdiu unica atomus 🜔 fœtidi intertexta occulitur Salinis Particulis, neceſſe eſt contaminari elegantiorem Craſin: Quamvis nonnulli allegent & contendant Medicamentũ parte medicarum virtutum Spoliari, ſi injucunda & indelectabilis hæc *portio* ſequeſtretur: Attamen quia frequentior Graveolentium iſtorum uſus, adhibitio & Affectus, præſertim nonnulli ſunt Hiſtorici, diu durant, ſunt Chronici; extra controverſiam εὐόσμια maximè amicabilia, aggregabilia & aſſociabilia ſunt Syntheſi ſeu Conſtitutioni Vitalium: Teſtes ſunt 🜔a Eſſentialia Cinnamomi, Spicæ, Macis,

NM.

NM.&c.quæ odoratiſſima& fragranti ma Salinis particulis nupta, immedi Refocillant, Illuminant & Compon Naturam.

Omnem igitur adhibere caution ne Ignis Vegetabilibus vel Animali pravum aliquem odorem imprimat, æ nonnunquam expungendum. Null igitur induſtriæ genus prætermittend ut Sulphur impurum cum Spiritu vel S puro & mundo emergat, vel ſi id cont gat, poteſt per digeſtionē & multiplic ♌onem cum appropriatis Adjunctis vortium ejus fieri, ad minimum mult imminui.

Spectant huc Sulphura, Balſama & lea omnia ex Vegetabilibus extracta, proſperum in Curatione optemus ſu ceſſum, veluti aromatum & fragranti Plantarum complura: 🝆 Aniſi, Fœ culi, Majoranæ, Roriſmarini, Thym Lavend. Saſſafr. citri &c. tandem [n rentur quatenus ſunt nitida & exqui perpolita (quo auſpicato & benevol ſpectu Archeum exhilarent) Attamen convertentur Spiritum velSal benignu

lon

ngè priorem efficaciam tranſcendunt, ras & mirabiles Curas perpetrant & ſignant.

Oleum Terebinth. Spiritualiſatum ritâ Spagyrici veri manu, Medico conliabit auctoritatem & fidē per ſua ſplenda effluvia; ſed oleum *Ambra* ſerēatum, æſtantiores ſpondet virtutes. Sic *Balſ. eruv.* & *Balſ. Capaib.* Arbor Vit. rarecta vel à groſsâ materia exoluta, hinc in thereàm ſubſtantiam meteoriſata, fulntiſſimos radios emittent pro Illumitione hujus microcoſmi.

Oleum Guajaci & Buxi deſtillatum psq; fætido gravi & moleſto empyreuatico odore vel ſapore, poſtmodum xaltata in Spiritum ſummè Volatilem, mmis in deliciis ſunt Archeo, & longè probatiora, quàm *Decocta illa Diateta* à Galenicis oblata pro curandâ Lue eâ vel aliis obfirmatis morbis. Nota, uòd debeamus ſedulam navare opem in hebetando vel everrendo Acio in plurimis oleis latitante, ſic enim eom virtutes magis explicantur, itidemq; na aptantur magis amplexando Sulphu-

ri

ri Minerali, & fixo Alcali pro ſuâ pri
ptiori transmutatione in Spirituoſum
quorem, quàm fauſta commoditas c
tur à præparatione *olei olivarum* a
mni ſuo Acido ſeparati notiſſimum e

Sulphur Vini in Salinam natu
mutatum inſervit uſibus innumeris,
excellentibus, tum præparativè tum
tivè. Oleum Tartari dextrè deſtilla
ut non adeò graveolens ſit, deincep
Salinum Volatilem Liquorem redact
proſperos effectus edit in dolorificis
lamitatibus.

Eſſentiale oleum Myrrhæ, Aloës, C
ci intimè adunitum cum puro Alcali
latili, dignum meretur applauſum in c
tione Quartanæ & aliorum tædioſo
Morborum. Nam raro exemplo c
ponit Archei turbas.

Obſerva, quòd olea vel Sulphur
exaltata, ut poſſideant bonâ blandi &
bè clarificati Salis in ſe colliquati, cop
optatiùs omni, intentioni curando
Affectuum externorum ſatisfacia
quàm ſi ſolitaria exiſtant. Inſuper
gentes dolores temperãtur, cruciatus

tig

ntur, Aciditas in partibus edulcora-
Aſperitates lævigantur, Contractu-
xporriguntur, Tumores diſcutiuntur
maturantur Inflammationes ſedan-
Nodoſæ & Scirrhoſæ concretiones
olvuntur, Corruptio & Malignitas in
eribus mortificatur: Summa Sum-
rum Archeus inſigniter ab eorum ap-
atione illuminatur.

erti Succi Sulphurei coagulati, ut *Aloe*,
ium, Scam. *Ixia* &c. artificioſè tra-
i, & concinnè correcti, ut venenum
rum deſtruatur, ſolantur Archeum &
rmant ad profligandam materiam
rboſam prout orgasmus ejus huc vel
dirigitur, ebullit & deſpumat. Gum-
a & Reſinæ pro Topicis adhibita val-
onfortant & ſolantur partem afflictã:
ò quædam horum collo appenſæ e-
tunt ſplendidam quandam virtutem
recreatione Vitalium.

CAP. XII.

Oſt Vegetabilia contemplemur agite
efficaciam Sulphurum Animalium,
ut illa delectationem indulgent Spiri-
tibus,

tibus, eosdemque componunt. Ac[illegible]
runtur hæc ex partibus Animatorum [illegible]
ternis vel externis atque vel adhuc [illegible]
Vitalitatis Principatu militant, vel ab[illegible]
dem excommunicata ſunt.

Magna pars noſtri Alimenti deſ[illegible]
tur è Sulphureis Animalium ſuccis, [illegible]
optimè Vigorem in homine tuentur, [illegible]
buſtumque Nutrimentum pro Augm[illegible]
tatione & Procreatione conferunt. G[illegible]
neraliter animadverto Robuſti[illegible]
Corpora, Magnanimos maximè her[illegible]
& præſtrenuos Milites eſſe Sarcoph[illegible]
& quò propinquiori Conſanguin[illegible]
Sulphureum alimentum attingit Craſ[illegible]
Conſtitutionem noſtrorum Corpo[illegible]
eò efficaciùs illa Corroborat. Ex[illegible]
ratione Caro Suilla copiosè nutrit, V[illegible]
in Curatione adauget, & gnaviter pr[illegible]
ptè celeriterq; reſtaurat illos, qui ema[illegible]
ſunt, ſi Fermentum Stomachi per m[illegible]
camenta appropriata fuerit ritè diſp[illegible]
tum. Brodium ſeu Juſculum Porcinæ [illegible]
nis, ut ego informatus ſum notatu di[illegible]
res geſſit in reparatione virium in quib[illegible]
dam, qui Atrophiam aliquot jam Me[illegible]

erpeſſi erant,labeſcentium,exciduarum, clinatarum,occiſarum & emortuarum. ne dubio,ſi id Auctoritate diæteticorum equentiores in uſus deduceretur, comlures meliùs ejus ope à Tabe & Cõſumtione curarentur,quàm gummoſis,muſis & Viſcoſis gelatinis & Lacticiniis xcrementitiis Galeniſtarum. Anthroophagi ſive Cannibales avidè appetiunt carnem humanam, eamque pro decatiſſimo alimento habuerunt, & miſeos nos æſtimarunt,ut Jo.Lerius *de Burundia* ſcribit,qui in hâc mundi parte tàm auto cibo non utamur, cùm ipſi deprendant *Humanum* hoc *Sulphur*, quod ppetitus ſuus tàm avidè concupiſcat, oximè omnium ad ſuum accedere & aturæ delectabile eſſe: Quapropter etn facilè in eorum ſubſtantiam convetur. Hocque pacto Sanitas & Lonevitas promoveantur.

Animalia Muſculoſæ & Robuſtæ Conutionis, magis licet præ aliis à noſtra aturâ remota,attamen conſuetudine & minali participatione fiunt familiaria & ngè graviſſima; Ita ut Sulphur Carnis

& San-

& Sanguinis Equini præbeat validum
firmum Alimentum *Tartaris*, quô im
manes, feroces,confidentes,audaces, ro
buſti, & bellicoſi redduntur.

In genere Sulphur Partium Intern
rum ex Animatis magis deſtinatum
pro nutrimento quàm medicamento. A
tamen quædam etiam non carent mag
uſu quem nobis largiuntur, qualia ſunt
Bile deſumpta, cujus ſingulares in Cu
tione dotes ſæpius memini: Sulphur h
patis & Fellis Anguillæ cunctantem P
tum promovet. Fel quorundam piſciu
clarificat viſum, curat Ægilopa, remov
unguem & albuginem oculi. Verm
enecat, aperit, detergit & attenuat gr
ſam materiam. Felini Sanguinis Sulph
conducit in Caduco; Hircini in ple
riſi; Murini in tuſſi ſuffocativa.

Exactè purificatum hoc Sulphur
certorum Animalium oſſibus in div
ſis morbis prodeſt. Modò non offe
deret nos ipſorum fœtor, ſanè freque
tiùs deprehenſuri eſſemus, quàm m
ximæ utilitatis ſint.

Stercus Animalium etſi ex vitalit

co

conſortio proſcriptum, tamen Sulphure ſuo magnas & ingentes affert ſuppetias morbis. Pleuriſis dolor acutus, ſtercore equino levatur & mitigatur; Pavonis ſtercus contra Epilepſiam; Anſeris ſtercus contra morbum arquatum ſeu regium &c. adverſatur.

It. Sulphur Externar. Partium Animalium ut Cornuum, Pilorum, Cutis, Ungularum, Unguium, Dentium, Teſticulorum, tum variæ ac ſuperfluæ *excreſcentiæ* decedunt ex animatis Corporibus. Si uſum Medicum ſpectes. Omnia hæc, ſi ita præparentur, ut ne empyreumaticus ac fœtitus ſapor vel odor, aut tenax aliqua & viſcoſa impuritas in ipſis remaneat; Si ſeminales iſtorum virtutes prorſus conſerventur, notabili vi pro certo modulo tempeſtatem Archei temperare ſciunt.

CAP. XIII.

OMnibus palmam præripere autumamus Sulphura Metallorum & Mineralium, propter ſingulares ſuas in curatione dotes.

F Sul-

Sulphura metallica ſunt Solaria, Lunaria, Mercurialia, Saturnalia, Jovialia, Venerea & Martialia.

Quid Sulphur Auri efficere poſſit in difficilibus caſibus probè norunt omnes Legitimi Philòſophi. *Sed hic labor, hoc opus eſt.* Neque ſtatim unumquodque *Aurum Potabile*, de quo nonnulli adeo gloriantur, pro *Anima* Metalli hujus glorioſi, eſt reputandum. Nam ſecundum Helmont. Aurum poteſt in minutiſſimas Atomos redigi, ſi ſubtiliſſimè per molituram conteratur cum ♁ & ⊖, hinc ſæpius deſtilletur cū ⊖ ✱, ♁ & ☿ ♎, ſic redibit in oleum rubicundum. Nihilominus reſeratio corporis hujus ſolidi, ponderoſi & fixiſſimi in ſubtiliſſimas particulas diſcerptibilis, etiamnum facile reduci iterum poteſt in Aurum idem, quale erat antea.

Inde non eſt mirum, ſi frequenter fruſtremur felici effectu, quem Sulphur hoc Solare allaturum ſperamus, ſiquidem pauciſſimus datum eſt acquirere clavem illi capſulæ reſerandæ congruam, in qua pretioſum hoc dinodium aſſervatur.

Pro-

Propter ignorantiam in his, magni in-
rimis *Baptiſtæ van Helmont* applauſo-
es pro ſua in Metallurgiâ profundâ ſci-
ntiâ deſciverunt ab hâc ſincerâ Doctri-
â in Curatione Contumaciſſimorum
norborum per comparata hæc Corpora
ulphurea, jactitantes, quòd ſi Vegetabili-
us & Animalibus Sulphuribus fuerint
nſtructi, utcunque ſe poſſe ſubigere
nonſtroſiſſimas etiam ægritudines in
Natura æquè tàm certâ activitate ac opti-
nè præparatis Metallinis vel Mineralibus
bus. Ut audio aſſeruit hoc Autor de
Vita & Sanâ & Longâ in magnum Sci-
ntiæ hujus dedecus & evidentem ſuæ in
Pyrotechniâ infirmitatis patefactionem.
Pro defenſione Philoſophiæ noſtræ
racticè ſuſtinemus affirmare, quòd Sul-
hura exaltata, à ſolidiſſimis maximè cor-
oribus hic derivata, generaliter Jatricâ
xcellentiâ longè tranſcendere tum Ve-
etabilia tum Animalia, quandocunque
xus aliquis Morbus eſt eradicandus, &
ludere poſſe optimum etiam partem ex
lantis vel Animalibus extractam. Imò
ffirmo (contrariæ ſententiæ patronos

ad periculum hujus capiendum provoc
quòd proſpiciamus noſtris ægritudinib
& curis per remedia hæc ex Materia Sub
terranea elaborata, non ſolum undequ
que ſit tutum & jucundum, ſed & quòd
ipſa generoſioris longè ſint proſapiæ
indolis ac ullum ex ſuperficie Terræ d
ſumptum.

Agedum igitur, ſi hoc eſt verum, nu
ſpecialiter indagemus pretioſum h
Pharmacum, quod Natura magnâ cu
in his ſolidis ac denſis corporibus co
cluſit & obſeravit. *Qui vult nucleu
nucem frangat.*

Solare hoc Sulphur nequaquam v
℞ vulgaris ſuppeditabit vel mitius a
quod corroſivum tamen menſtruu
Sit, quòd poſſint quidam momentanea
ſeparationem & rarefactionem ſolidæ,
gidæ, præduræ ac firmæ Auri Texturæ
menſtrui ſinum intimius receptæ, ibiq
in ſubtiliſſimos pulviſculos, oculi acie
facientes, diſcerptæ: Attamen quia nu
realis diſſolutio facta eſt, ſolvens cont
ctu alicujus deſiderabilioris ſubjecti deſ
rit laceratas Auri particulas citra diſpe

ditione

ditionem vel diminutionem ſubſtantiæ ſuæ promptè in idem corpus priſtinum ponderoſum ſolidum, conſtans & fixum reducibiles. Cauſa verò quòd tam difficulter Tinctura ex Auro ſeparetur, oritur ex Ignorantia illud deſtruendi. Hinc Helmont. ait, *quòd, qui novit Aurum deſtruere, noverit itidem conſtruere.*

Omnes hæ alterationes per uſualia Corroſiva, humida vel ſicca, inſtitutæ merè ſunt larvæ, quibus perſonatur *Solare* Concretum. Nequicquam verò violentũ auſterum, impetuoſum & tempeſtuoſum præcipitatæ Invaſionis Solvens expromet Tincturã, ſed blandũ aliquod, mite, mollificans, ſedatum, lene, placidum & familiare Menſtruum, paritatem cum Natura Auri præ ſe ferens, in Genium *Solarem* ita aget, ut ad exſpirandam *Animam* ſive Sulphur ſuum pronum ſe exhibeat.

Menſtruum, quod eligendum eſt, oportet eſſe Sulphureæ Naturæ, à quô Aurum benigno aſpectu demulceatur. Hic Liquor poteſt ſe inſinuare in occluſam Metalli hujus Compagem, & ſuaviter Tincturam ſplendidam prolectare.

Semper

Semper deprehendi probè mundiſſ
catum ☿ & ☉ intimis inter ſe amplex
bus coire;idipſum ſuggeſſit mihi, ut co
nubio quodam ſocio jungerem ambo,
in lecto aliquo calente junctim tamdiu f
verem, donec Nobiliſſima ſoboles
ipſis progigneretur, Excellentis uſus
componendas Microcoſmi turbas, & ſ
nandas ejus doloroſas exulceration
Via reſerandi corpus Auri per longa
Triturationem, ut Aer Acidus ſe intrò i
ſinuare queat, & illud diſſolvere, raræ I
ventionis eſt.

Eodem modo cum *Luna* proceſſi, I
ferior tamen eſt Sole, (quamvis tract
bilior) unde Labores meos Medicame
tis Polychreſtis quidem, ſed priorib
prærogativâ cedentibus, Tempeſtati A
chei ſedandæ non invalidis, compenſav
Ex ☿, Metallo fluido, in nitorem a
ſerto, per frequentes ♎mationes acqu
ro Sulphureum Pulverem prorſus fixum
inſervit omnibus occaſionibus Spirit
quando per Aſſultus Morbificorum h
ſtium in confuſionem fuerunt conject
in ordinem redigendi, unde Naturæ ſub

ſidium

ſidium ſubminiſtratur exturbandi eoſdem ex ſuo propugnaculo.

Ex omnibus ☿ præparatis nunquam videre ſimile potui, quòd tàm admirabili gratiâ Spiritûs Vitales affecerit, & ſecundis adeò ſucceſſibus in operatione tutiſſimum ſui uſum probaverit. Grana tria vel quatuor rubicundi hujus Pulveris confortant Stomachum, internos tumultus pacificant, ſuavem quietem conciliant, groſſam Materiam attenuant, obſtructiones reſerant, Aciditatem edulcant, Sanguinem depurant per profligationem Hoſtilis Materiæ, quâcunque viâ datâ, ſecundum impulſum ac Inclinationem τοῦ ἐνορμοῦντος & ipſorum meatuum excretoriorum commoditatem: Idque exequitur absque minima pravæ impreſſionis poſt ſe relictione.

Laudabiliſſimæ ex ☿ Præparationes ſunt Spiritus ☿ & Vigonis Pulvis quadantenus ſi figatur. Quamvis autem Philoſophus noſter deteſtetur Præcipitationes & Vitrificationes Mercurii: Attamen in defectu genuinè ac verè fixati, uſus ipſorum, alicujus dextrè elaborati, poteſt

admitti. Nullo verò modo approbo Or-
dinaria Præcipitata & Sublimata Offici-
narum, ſiquidem communiter unice
Quæſtûs non Curationis causâ ibi præ-
parantur. Miror Galeniſtas noſtros (a-
lioqui ſatis ſcrupuloſos & ὑπερευλαβεῖς in
alicujus rei præſcriptione etiam ejus
quod tutiſſimum eſt) ut ipſi prætendunt,
enitantur hâc ex æſtimatione in generali
Odium adducere omnia Chymica Re-
media, niſi juxta eorum Methodum fue-
rint confecta, audent dare Scammonium,
Colocynth. Elaterium, vera Venena:
Imò Infantibus offerunt contra vermes
in largâ doſi ☿ dulcem, quo melius
nullum Luis ♀eæ noruntantidotum, ra-
rò ab ipſis Felici cum eventu exhibetur ad
totalem Malignitatis ſubactionem, ſed
ſæpius manifeſtâ cum Ægroti Miſeria.
Si Chymicophantæ hi ad animum revo-
carent, quàm perfunctoriè ac rudite
dulce hoc Sublimatum ſit fabricatum,
quàm pernicioſi errores per hoc ipſum
contigerint; Quòd illud, etiam optime
præparatum, nequaquam ſit ex Genero-
